cis· i· de virtute ducis velud ouem· i· innocenteꝫ
joſeph· id eſt populū gentilem augmentatum
per frumentum mortificatum· intende ſup nos
id eſt lumen pietatis infunde et nuncia nob̄ ꝛc·
vos q3 patres ſub gracia dicite· Tollite por=
tas pn̄· ve· et ele· porta eterna ꝛc· qui regnatu
rus ꝛc· O p̄ncipes et poteſtates aeris hui9 et

gemma viperarum tollite · id eſt auferte · por-
tas mortis · id eſt vicia per que dyaboluſ intrat
ad corda · et o porte eternales · id eſt virtutes
ad eternitatem ducentes eleuamini contra vi-
cia et per vos introibit et habitabit in nobis rex
glorie qui regnaturus eſt in populo iſrahel Et
nota · quod ad tercium verſū non respondetur nun
cia nobis · quia patres teſtamenti noui certifi-
cati ſūt de aduētu xp̄i p̄tes grē certi ſūt de introi
itu regis glorie · Verū quia nūquam ſuffecit nec
ſufficiet fides incarnacōnis ſine fide trinitatis
Ideo ſubiūgitur · Gloria patri · et quia venit in
humanitate venturus eſt eciā in maieſtate · Jō
reſponſorium denuo repetitur · In repeticōne
vero nebulam accipias ad litteram · Iuxta illd
veniet in nubibus celi · et ſicut nubes ſuſcepit
eum · et alibi nubes et caligo in circuitu eius · Se
cundum reſponſorium eſt · Aſpiciebam in viſu
noctis · ſūptum per greg · de daniele · c · vij · xp̄m
venturum prophetante · qui his verbis miſteri
um incarnacōnis verbi · quod in principio erat
apud deum aperuit dicens · Aſpiciebam in viſu
aut viſione noctis · Triplex quidem eſt viſio · ſ ·
noctis ante graciam · diei · ſub gracia · et lucis in
gloria · In nocturna viderunt patriarche et p-
phete qui ſub nube fuerunt et hoc daniel aſpici
ebat in viſu noctis · In diurna viderunt apoſto-
li quibus xp̄i humanitas apparuit · In lucida vi
debunt filij dei facie ad faciem · Hanc diſtinctio
nem veritas in euangelio innuit dicens · Abra-
ham exultauit ut videret diem meum · vidit et
gauiſus eſt · Iterum multi reges et prophete vo
luerunt videre que vos videtis et non viderunt
Sequitur · Et ecce in nubibus celi filius homi-
nis veniebat · nubes celi caro verbi · de qua yſa-
ias · Aſcendit dominus ſuper nubem leuē · et da
tum eſt ei regnum et honor · ſcilicet nomen quod ē
ſuper omne nomen quod eſt ab eterno datum · ſed
in tempore manifeſtatum · et omnis populus
tribus et lingue ſeruient ei · Nam ut yſaias ait ·
ei curuabuntur omnia genua et iurabit omnis
lingua in domino · Tercium reſponſoriū · Miſ
ſus eſt gabriel · quibus verbis lucas texuit or-
dinem annunciacionis · Quartū eſt · Aue ma
ria gracia plena · quibus verbis lucas idem mo
dum concepcōnis annexit · d · Spiritus ſanctus
ſuperue · in te · et virtus al · ob · ti · Superueniet
in te protegendo te et ab omni ſorde pur-
gando te · et deinde virtus altiſſimi · ſcilicet ver
bum dei obumbrabit tibi ex te carnē ſumendo
quod enim ex te naſcetur ſanctum vocabitur fi-
lius dei · Xp̄m enim qui non eſt conceptus ex vi
rili ſemine · merito ſanctus naſcitur et dei filius
appellatur · Sequitur verſus · Quo modo in me
fiet iſtud interrogatiue · et ſic quo modo ſunt
due dicciones · vel admiratiue · et ſic vna diccio
Quintum reſponſorium eſt · Saluatorem in
quo incarnacio per apoſtolum confirmatur ·
Sextū eſt · Ecce virgo concipiet · Septimum
Ecce dies veniunt · in quibus ſed idem per prophe

tas roboratur Octauum · Obſecro domine · in
quo idem per legem comprobatur · [ ] Nonū eſt ·
Audite verbum · in quo idē per prophetas oprobatur ·
tur · Laudes matutine vtrūque ſonant aduētū
Non enim ita agitur aliquando de vno aduentu
quin et de alio admiſceatur · ſed pauca de ſecundo ha-
bentur · et hoc propter repreſentacōnem gaudij
ne ſpes luxuriet in preſūpcōnem · Siquidem pri
ma antiphona que de fine joelis ſumitur eſt ap
te de primo aduentu · Vnde ibi dicitur · in illa die
ſcilicet quando meſſias veniet montes · id eſt a-
poſtoli ſeu magni p̄dicatores ſtillabunt dulcedi
nem · ſcilicet verbi dei et colles · ſcilicet minores p̄-
dicatores fluent lac · ſcilicet ſimplicis doctrine mi-
noribus et maioribus · Secunda · ſcilicet iocun
dare partim eſt de yſaia · partim eſt de zacharia ·
Tunc enī iocundata eſt ſecundum zachariā ſy-
on · i · eccleſia de iudeis · et exultauit hieruſalem
id eſt eccleſia de gentibus · Tercia ſcilicet ecce do-
minus veniet · eſt de ſecundo aduentu · ſcilicet in ma
ieſtate · Quarta eſt omnes ſicientes tunc enim
omnes id eſt de omni genere ſicientes · ſcilicet ſalu-
tis et ſciencie doctrinā venerunt ſecundū yſaiā
ad aquas baptiſmatis et doctrine · Quinta eſt ·
Ecce veniet propheta magnus · et ipſe renouabit
hieruſalē · ſcilicet dando legē et noua condendo p̄
cepta · Hoc tempore dicitur per horas capitulū
illud · Egredietur virga · yſa · xi · c · Et illud · In di
ebus illis hiere · xiij · c · Et illud · Erit in nouiſſi-
mis · yſa · ij · c · Et illud · Ecce virgo · yſa · vij · c · Et
illud · Venite aſcendamus · yſa · ij · Ad miſſam vero in
troitus ē · Ad te leuaui etc̄ · quia per aduentū domi-
ni in carnem ſpes maxime eleuatur · Sic enī deus
dilexit mundum · ut filiū ſuum vnigenitū daret
Et iterū · Proprio filio ſuo non pepercit etc̄ · Et
nota quia et ſi quidam excitentur alij tamē ſom
no torpent · Ideo cantor incipiens · Ad te leua-
ui animā meā · exaltando vocem ab inferiori ad
ſuperius procedit quod proprium eſt excitantis
quod eciam notatur in epiſtola · vbi dicitur · Ho-
ra eſt iam nos de ſomno ſurgere · Sequitur ver
ſiculus · Vias tuas domine demonſtra mihi quia
xp̄us veniens nobis vias ſuas indicauit · Vnde
yſa · Erit mons domus domini etc̄ · Venite aſcen
damus ad montem domini · et ad domum dei ja
cob · et docebit nos vias · Que autem ſint vie ille
oſtendit epiſtola que eſt ad romanos · xiij · c · Sciē
tes · quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere ·
· In eo enim quod ibi dicitur · Nox preceſſit · dies au
tem appropinquauit aſſignatur effectus · quia
factus eſt dies quando natus eſt ſol · Et ideo ſe
quitur · Sic ut in die honeſte ambulemus · ſcili
cet in omnibus operibus bonis · et induamus nos
in ſimilitudinem chriſti · ut ſic filij dei ſimus · quia
propter hoc filius dei factus eſt homo ut ho-
mo fieret filius dei · Oraciones primum aduen-
tum reſpiciunt · et poſſunt eciam adaptari con-
grue ad ſecundum · Poſtea ſequitur reſponſo-
rium · in quo oſtenditur ſpes · que facta eſt in
ortu ſolis vniuerſi qui te expectant et cetera ·

Sequitur alleluia· Oſtende ꝛc· quia tunc oſten
dit dominꝰ faciem ſuam· quam qui videt ſalua-
tur· Unde cum dixiſſet dominus ceco· Quid vis
ut faciem tibi· Reſpondit Rabom ut videā quā
faciem non poterant homines ante videre· qꝛ
erant in regione umbre mortis· Sed lux orta ē
eis ꝙ poſſint videre· Quod autem dicitur· Oſtē
de nob do· fa· tu· ē ſenſus· da nobis domine co-
gnicionem tuam· facies enim dei in ſcripturis
ſanctis non caro ſed diuina cognicio intelligi-
tur· quia per faciem conſpectam quiſqꝫ cogici-
tur· Sequitur in quibuſdā eccleſijs euāgeliuꝫ
math· xxi· c· Cū appropinquaſſet ꝛc· qđ ad paſ-
ſionem ptinet quo ad litterā· Ad diē vero hāc
quo ad allegoriam et ſpiritualē intelligenciaꝫ
Venit enim tunc dominus hieruſalem per beth
fage que interpretatur domus bucce· i· ad eccleſi
am que pua erat· in qua xp̄us apparuit per con
feſſionem· et per montem oliueti· per quā deſi-
gnatꝰ eminēcia miſericordie· per quā venit fili
us dei in mundum et miſit diſcipulos ſuos dicēſ
Ite in caſtellū· id eſt in mundum· et inuenietis
aſinam et pullū· i· iudaicū populū· qui dure cer
uicis eſt et gentilem ſine iugo legis· Itē p hu
iuſmodi aialia oſtēdit vias ſuas· humilia enim
ſunt· Vñ in math· Diſcite a me quia mitis ſū et
humilis corde· Legitur eciam ideo· quia ibi ha
betur· Benedictus qui venit in nomine domini·
quod ptinet ad p̄mum aduentum· et ꝓpter alia
verba legitꝰ in alijs eccleſijs illud· Cum appro-
pinquaret ihūs ꝛc· quod dicitur in dominica pal
marum· In alijs vero eccleſijs legitur euāgeli
um· Principiū euāgelij ihū xp̄i ꝛc· qđ eſt Marc
· i· c· ꝓpter illa verba· Ecce ego mittā angelum
meum ante faciem tuam· Et nota ꝙ in textu euā
gelij non continetur pncipiū ſed inicium· Sed
eccleſia ponit pncipium ꝓ eo ꝙ legēs euange
lium ſtatim p̄miſit in· t· Inicium ſancti euangelij
ne idem repeti videatur· In nonnullis eccleſijs
eciam legitur· Erunt ſigna· Sequitꝰ offertoriū
de ſpe· Ad te leuaui animā meam· Et poſtcon-
munio de eodem et ꝓpter idem legunt euange-
lium illud· Erunt ſigna· quod eſt luce· xxi· c·
qđ pertinet ad ſecundum aduentum· vbi dꝛ ꝓpe
eſt regnū dei· Cui adaptatꝰ epiſtola· vbi dicitꝰ
ꝓpior eſt noſtra ſalus· Et quia ꝓpe eſt regnum
tuum domine· Ideo ad te leuaui dicit in introi-
tu cantor· i· vetus homo vel iohes baptiſta ut
quidam dicunt· dicit· Ad te leuaui animā meam
deus meus· Et ideo vias tuas domine demon-
ſtra mihi· Et hoc in reſponſorio· Et oſtēde no
bis domine mi· tuam· Et hꝫ in alleluia Et quaſi d
miſericordia certificatus cōcludit in poſtcōmu
nione· Dominus dabit benignitatem· i· effectuꝫ
bonum et terra noſtra· ſcꝫ caro dabit fructum
id eſt bona opera·

¶ De dñica ſecunda aduentus dñi·

In hac ſecunda dominica aduentus ut p̄miſſum
eſt· agitur de ſecundo aduentu· Verum qꝛ gau
dere melius eſt quam flere· et dilectio melior ē
quam timor· Ideo in ea quedam dicuntꝰ ptinen
cia ad ſcđm aduentum· et quedā ad vtrūqꝫ Ecce
enim in matutinis reſponſoriū primū eſt· Ihe-
ruſalē cito veniet ſalus tua· tūc omnes plora-
būt modo eſt tempus gaudij aliud eſt de p̄mo et
ſecundo aduentu· Preterea ibi ſūt duo v̾ſus ſe-
cundū quaſdā eccl̄ias· ad idē exp̄mendū ſicut et
in alleluia ut iam dicetur· Primus eſt hieruſa-
lē ſi me audieris ꝛc· et vtitur dominꝰ verb̄ moy
ſi ut intelligatur ꝙ ipſe ē qui moyſe loquebatꝰ
Aliquando eciam vtitur verb̄ ſalomonis ut ſci-
amus ꝙ ip̄e eſt ſapiencia de quo locutus eſt ſa
lomon· iſtud reſponſorium ſumptum eſt de mi-
chea et eciam illud qđ ſequitur· ſcꝫ bethleē· Que
dam tamen eccleſie illud dicunt in dominica ſe
quenti et eſt de primo aduentu· et loquitur de
generacione temporali xp̄i et eterna de tempa
li· cum dicit bethleem ciuitas dei ſūmi· quia in
bethleem natus ē· De eterna cū dicit· Et egreſ-
ſus eius ſicut a principio dierum· De alijs· Re-
patet· In laudibꝫ p̄ma antiphona ē de ſecun
do aduentu· Ecce in nubibus celi ꝛc· In miſſa
vero introitus ptinet ad vtrumqꝫ hoc modo·
Populus ſyon ecce dominus veniet ad ſaluan-
das gentes· yſa· xxx· c· In vtroqꝫ eñ aduentu
ſaluat· Sequitur et auditam faciet dominꝰ vo-
cem laudis ſue· Ipe eñ eſt turtur· cuius vox au
dita eſt in terra noſtra· qꝛ attulit nouū tempꝰ
vox eius in ſecūdo aduentu erit· Venite bñdi-
cti patris mei ꝛc· Verſus autē ad ſcđm ptinet ad
uentum· Qui regis iſrahel intende qui deducis
ouem ioſeph· id eſt de hoc mūdo ducis· ioſeph
· i· augmentum· in bono ſicut ouem· i· ſimplicem
Et quia in matutinis p̄mum reſponſorium eſt·
hieruſalem et in miſſa introitus eſt· Poplus
ſyon· Ideo in hac dominica fit ſtacio in eccleſia
que dicitur hieruſalē· Sequitur oracio· Exci-
ta domine corda noſtra ad ꝑparandas vnigeni-
ti tui vias ꝛc· que eſt de p̄mo aduentu tantum·
Epiſtola vero eſt de ſecundo· Quecunqꝫ ſcrip-
ta ſūt ꝛc· ad romanos· xv· ut per pacienciam et
ꝯſolacionem ſcripturaꝝ ſpem habeamus· et ſic
inuitamꝰ ad ſpem· ut que patimꝰ leuia fiant· Re
ſponſorium ptinet ad vtrumqꝫ· Ad p̄mum dicꝰ·
Ex ſyon ſpēs decoris eius· Ad ſcđm cum dicitur
Deus noſter manifeſte veniet· Verſus vero ad
primum tantum· d· Congregate· ſ· ovos ange-
li illi ſanctos eius· id eſt p̄dicatores bonos qui
ordinant teſtamentum eius· ſ· nouum ſup ſacri
ficia· i· ſuper vetus teſtamentū· Primus eñ eſt
qđ animale eſt ſicut dicit apoſtolus· deinde ꝙ
ſpirituale· Vel qđ dicit congregate hoc in pri
mitiua eccleſia maxime neceſſariuꝫ fuit· ſcilicet
ovos boni p̄dicatores ut paulus et alij· Dein-
de ſequitur alla qđ inſolito modo habꝫ duos v̾
ſus ſecundū quaſdā eccleſias· et hoc fit· qꝛ ibi
de duplici aduentu agitur· Primus ē de pri
mo· cum dicitur· Letatꝰ ſū ꝛc· Ante p̄mum enim
aduentū xp̄i deſperabāt hoiēs de ſalute· Tunc
vero letati ſūt· qñ audierūt ꝙ filiꝰ dei hō factꝰ

erat · Secundus verſus eſt de ſecundo · Stātes
erāt pedes nr̄i · i · affectuſ nr̄i in atrijs ꝛc̄ · Jā em̄
in ſpe et deſiderio ibi ſum9 euāgelium eſt · Luce
· xxi · c · ſ · Erunt ſigna in ſole ꝛc̄ · et eſt de ſo ad=
uentu tm̄ ibi ei ōndunt̄ ſigna · que fient ante di
em iudicij · quoniam totus mundus turbacione
ſua iudicium domini oſtendet · Jbi eciam ſequi
tur · His autē fieri incipientibꝫ reſpicite et le=
uate capita veſtra · ecce appropinquabit redem
pcio veſtra · Ecce ſpes · Quedam vero eccl̄ie le=
gunt euangeliū · Cū audiſſet johes · qd̄ ſimilitē
ad ſecundū ptinet aduentū · ex eo ꝙ johānes q̄
rit · Tu es qui venturus es an aliū expectamus
Cui domin9 · Ecce ego veni ad redimendū · Et
rurſus · Veniam ad ſaluandum qd̄ ex ſignis con
iecturare poteſtis · qꝛ et ceci vident ꝛc̄ · Offer=
toriū eſt de p̄mo aduentu · Poſtcōmunio hieru
ſalem ꝛc̄ · que eſt baruth · iiij · et · v · c · eſt de vtro
qꝫ · Jn tercia vero et q̄rta feria et ſabbato legūt̄
euangelia de teſtimonio xp̄i · ſcꝫ de johe et de
teſtimonio johānis de xp̄o et eius aduentu · De
quo eciā loquitur epiſtola · Pacientes eſtote q̄
tunc dicitur ·

De dominica tercia aduentus dn̄i ·

Sequitur tēcia dominica in qua ſimili
ter agitur de ſo aduentu · Vnd̄ in no
cturnis · primum reſponſoriū eſt · Ec
ce apparebit domin9 ſup nubē candi=
dam · id eſt ſup carnem que erit candida p glo
riam immortalitatis · ut mali timeant in ſecun=
do aduentu · Naꝫ in primo aduentu apparuit do
minus ſup nubem leuem · id eſt immunem a pec
cato · et ſumit̄ hoc reſponſoriū de apoc̄ · vbi di=
citur · Vidi et ecce nubes cādida · verſus ē de ſe=
cundo vtroqꝫ aduentu · Jn laudibꝫ p̄ma antipho=
na ē de ſecundo aduentu · Veniet domin9 et non
tardabit · et illuminabit abſcondita tenebrarū
om̄ia enim manifeſta erunt · qꝛ libri ꝯſcienciaꝝ
aperierunt coram eo · Jn miſſa vero introitus ē d̄
ſecundo aduentu · Gaudete in dn̄o ſemper · ad
philipenſes · iiij · c · apoſtolus em̄ non loquit̄ de
p̄mo aduentu cum dicit · dominus ꝓpe eſt · ſed de
ſecundo aduentu · Vn̄ inuitat ad gaudium ſpiri=
tuale per ꝙ firmiter expectam9 gaudia ſecun=
di aduentus · Vn̄ dicit · Gaudete in domino ſp
ſcꝫ expectando ſm̄ aduentum · Et repetit̄ gau=
dete · qꝛ gaudiū ſpūale facit nos dulciter ſuſti=
nere om̄ia aſpera mundi ut nihil euellat nos a
ſpe eternorum · et ideo quia ita neceſſarium eſt
gaudium ſpirituale iſta repetit · Vel ꝓpter gau
dium de vtroqꝫ aduentu ꝙ habent ſancti · Hui9
gaudij cuſtos eſt modeſtia · et ideo ſequitur mo
deſtia veſtra ꝛc̄ · Hoc gaudiuꝫ quod eſt pax om
nibus ſanctis optat eccleſia filijs ſuis in verſu
cum dicit · et pax dei que exupat omnem ſenſum
ſcilicet hominis · quia nullus homo habet totū
vſum pacis huius · Collecta · ſcꝫ · Aurē tuaꝫ q̄s
dn̄e · eſt de aduentu in mente ē audita em̄ ꝯſolaci
one de aduentu domini ſacerdos orat ut tene=
bras q̄s patim̄ in eo ꝙ falſo iudicam̄ ſua viſita=
cione illuſtret · Epiſtola · Sic nos exiſtimꝫ ho=
mo ꝛc̄ · que eſt p̄ma ad corinth · iiij · c · eſt de ſe=
cundo · Alie eccleſie dicunt epiſtolā · Gaudete ī
domino ſemper que eſt ad phil̄ · iiij · c · R · d̄ pri
mo · Qui ſedes ſuper cherubin manifeſtare co=
ram effraim · id eſt fructificantē in bonis operi=
bus beniamin · id eſt filium dextre · et manaſſe · q̄
oblitus eſt terrenoꝝ · hoc fiet in iudicō · verſuſ
eciam · Qui regis jſrahel · eſt d̄ primo qui ducit
ad ſecundū · Alleluja · Excita domine · eciam eſt
de p̄mo · euāgeliū · Cum audiſſet johānes ꝛc̄ · ꝙ
eſt in math · xi · c · ſimiliter ē de p̄mo · Quidaꝫ em̄
de diſcipulis johānis · non credebant xp̄m eſſe
meſſiam ꝓmiſſum in lege · vnde miſit eos ad cri
ſtum ut interrogarent eum · Tu es qui ventur9
es an alium expectamus · ut p viſa miracula cri=
ſtum iam veniſſe cognoſcerēt quaſi diceret · Jp
ſe multo melius ſcire deberet quam ego · et dix=
it eis jh̄us · ceci vident ꝛc̄ · quaſi · d · vos eſtis ma
giſtri non ergo ſcitis hoc qd̄ dicitur ī yſa · xxxv ·
Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus et apient̄ lin=
gue mutorum et loquitur de tempe meſſie qua
ſi · d · facta ꝓbant · Offertoriū eciam eſt de p̄mo
aduentu · Poſtcōmunio de ſecundo · Dicite · pu
ſillanimes confortamini · Optet em̄ ꝙ puſilla=
nimes ꝯfortentur ad hoc ut ſuſtineat tribula=
ciones · et ſic expectent cum fiducia ſecundū ad
uentum ·

De quarta feria et jeiunijs q̄tuor tpoꝝ

In hac ſeptimana fiunt jeiunia quatuor tempo=
rum · Vnde hic p̄mo de illis · Secūdo d̄ alijs ie
iunijs · Tercio de huius diei officio ꝓſequimur
Jn p̄mitiua quidem eccleſia ſtatutum fuit ꝙ ie
iunia q̄tuor tempm fierent ter in anno · Sꝫ ca=
lixtus papa ꝯſtituit quater in āno fieri · Nam et
iudei quat̄ in anno ieiunabāt · ſcilicꝫ ante paſca
et ante penth · ante cenophegiam in ſeptēbri ·
et ante encennia · de quibus dicetur in ꝓhemio
· vij · partis · Si enim tantum ter in anno in tres
partes diuiſio ieiunaretur · forte remanerēt ali
qui dies de quibus p̄micias non redderem9 · Jn
iſtis enim ieiunijs p̄micias tempis exoluim9 ut
iam dicetur · De quib9 zacharias ait · Jeiunium
quarti · quinti · ſexti · et decimi domui jude ⁊ hie
ruſalē dies feſtos vertet̄ in gaudiū · Quater ḡ
ieiunamus in āno · p̄mo ut quatuor elementa in
nobis viciata · i · corpus noſtrum ex eis conſtās
in quatuor anni temporibus caſtiget̄ · Homo
enim conſtat ex quatuor elemētis quantum ad
corpus · et ex tribus potencijs quantuꝫ ad ani
mam · ſ · racionali · ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili · ut ḡ
illa moderentur in nobis quater in anno ieiuna
mus p tres dies · ut quaternarius numerus ad
corpus · et ternarius ad animam referatur · Si
quidem annus diuiditur in quatuor tempora q̄
ſunt ver · eſtas · autumpnus · et hyems · que ꝓp=
ter ſua delectamenta a dei amore nos auertē ſo
lent · Ver calidum eſt et humidum · tūc ergo ie=
iunamus · ut elementū humoris caſtiget̄ in no
bis · ne ꝯſenciat falſe pulchritudini veris · Jeiuna

mus itaq̃ cont̃ luxuriã et humore et calor e na
ſcentẽ· Eſtas calida eſt et ſicca· tunc ergo ieiu=
namus ut elementũ caloris in nobis caſtiget=
ne conſenciat incendio carnali· Vel tunc ieiuna
mus contra ſupbiam· q2 tunc fructus terrarũ
qui florent et maturant̃ ſupbiendi materiã p̃=
ſtant· Autumpnus eſt frigidus et ſiccus · Tũc
g̃ ieiunemus· ne aliq̃ languore aĩ areſcamus et
deffluamus et ſine pinguedine olei in tabnaclõ
eterno inueniamũ· Vel tunc ieiunam9 cõtra aua=
riciam· q2 tunc meſſes colligimus et habemus
hyemis frigida et humida eſt· Vñ tũc ieiunam9
ne mẽbra noſtra fluxu atq3 luxu ſoluant̃ in con
meſſacionibus et potacõibus· ac per h̃ amor
dei negligatur· Vel tunc ieiunamus contra pi
griciam· q2 torpemus frigore· Jeiunamus g̃ in
dictis q̃tuor temporibus anni· ut p ieiunia p̃=
ſeruemũ a vicijs· et que deliquam9 in illis pur=
gentur· Rurſus quoniã q̃dlibet temp9 tres
habet menſes· ideo quater ieiunam9 in ãno treſ
dies· vnum diem ieiunantes ꝓ menſe· ut ſic ſatiſ
faciamus in die quod deliquimus in menſe· Se
cundo eciam ideo ieiunamus· Nam primum ieiu
nium fit in marcio· ſ· in prima ſeptimanã· xl· ut
in nobis virtutum germina oriantur· et in nob̃
marceſcant vicia que nequeũt omino extingue

Secundum fit in eſtate in ſeptimana penth̃·
quia tunc venit ſpiritusſanctus et nos debemus
eſſe feruentes in ſpiritusſancto· Tercium fit
in ſeptembri ante feſtum ſancti michaelis· quã
do fructus colligunt̃ et nos debemus deo red=
dere fructum bonoꝝ operũ· Quartum fit in
decembri quando herbe moriunt̃· q2 et nos mũ
do mortificari debem9· Tercio ideo quia ver
refertur ad puericiam· eſtas ad adoleſcenciam·
autumpnus ad maturitatem ſiue virilitatẽ· hy=
emis ad ſenectutem· Jeiunamus ergo in veri ut
ſimus pueri p innocenciam· In eſtate ut efficia=
mur iuuenes p conſtanciam· In autũpno ut ma
turi per modeſtiam· In hyeme ut ſenes p pru=
denciam et honeſtam vitam Quarto ideo in q̃
tuor anni temporibus ieiunamus· ut deus nob̃
conſeruet omnia que ad humanum vſũ in illis
temporibus de terra naſcuntur· Quinto ad
ſignificandum quatuor que fuerunt in illis q̃=
tuor temporibus· ſcilicet concepcõ domĩ in ve=
re· natiuitas in hyeme· concepcõ johãnis bap=
tiſte in autumpno· et natiuitas eius in eſtate

Sexto ſm hiero· Ob diuerſas plagas que in
illis temporibus acciderunt· In quibus autem
diebus et quare hec ieiunia fiãt in ·viij· pte ſb
ti· de anno ſolari dicetur· Hec ergo ieiunia vo=
cantur quatuor temporꝝ· q2 in p̃miſſis quatu=
or anni temporibus fiunt· Vocantur eciam
ieiunia triplicia pro eo· quia fiunt tribus dieb
quibus homines ieiunant in ſeptimana· Antiq̃
enĩ ieiunabant eiſdem ferijs et poſtea ſupaddi
ta ſũt ieiunia iſta· Vocantur eciã ieiunia p̃mici
arum· q2 cum in lege preceptum ſit ut primicie
et decime deo dentur· placuit ſanctis patribus

ut dicit Auguſtinus in libro de doctrina xp̃ia =
na ſoluere decimas et p̃micias temporis · Vñ ꝓ
p̃micijs inſtituerũt ieiunia quatuor temporum
Et inde dicta ſũt ieiunia primiciarum · Pro de=
cimis vero inſtituerunt ieiunium· xl· Sciendum
autem ẽ q2 ieiunia vernalia p̃mo inſtituta fuerũt
in p̃ma ſeptimana marcij· Eſtiualia in ſecunda
ieiunij· Autumpnalia in tercia ſeptẽbris· Hie=
malia in quarta decembris· Sed ꝓpter multa q̃
inde ſurgebãt incomoda ſtatuit leo papa· ut
hiemale fiat in tercia ſeptimana aduentus ver=
nale in p̃ma ſeptimana· xl· eſtiuale i ſeptimana
poſt penth̃· autumpnale vero fiat ſm veterem
inſtitucionem· Quare ieiunia inſtituta ſũt in di
ctis menſibus· et quare in eis fiunt ordinacõ es
vide in ſexta pte ſub ſabbato poſt dominicam
·xvij· et in prohemio ſecunde partis · Caue tñ
in computacione ſeptimanaꝝ menſis ſeptemb̃s
quia ſi ipe menſis incepit in prima vel in ſecun=
da vel in tercia vel in quarta feria· illi dies com
putantur pro prima ſeptimana illius menſis· et
in tercia ab illa ieiunium fiet· Si vero menſis ip
ſe incepit in q̃nta vel in ſexta vel in ſeptima fe=
ria· tunc in ſequenti dominica incipias compu=
tare primam ſeptimanã· et in tercia poſt illaʒ
ieiunium fiet· et ſic dies p̃cedentes nihil opan
tur quantum ad computacionem ſeptimanarũ
Verumptamen ſecundum p̃mariam eccleſie inſti
tucionem ieiunia veris dicuntur prima· q2 fie=
bant in primo menſe· ſcʒ in ianuario qui apd̃ ro
manos primus menſis fuit· Jeiunia eſtatis dicũ
tur· quarta· quia fiebãt in quarto menſe· ſ· in ie
iunio· Jeiunia autumpni ſeptima · quia fiunt in
menſe ſeptimo· ſcʒ in ſeptembri· Jeiunia hiemiſ
decima· quia fiunt in decimo menſe ſcilicʒ in de
cembri· Vnde zacharie· viij· c· ieiunium p̃mi et
ieiunium quarti· et ieiunium ſeptimi et decimi· ſ·
menſis erit domui iude in gaudium · Sed cuʒ h̃
ieiunia recolant quatuor anni tempora ut dcm
eſt· quare aguntur in primo menſe· et in quar
to· et in ſeptimo· et in decimo· cum principia tẽ=
porum non ſũt in his menſibus· Reſpondeo h̃
ieiunium tractum eſt· de veteri lege· Vnde agi
tur in illis menſibus noſtris ſecundum numerũ
menſium illius temporis· Judei enĩ ſecundũ lu=
naciones ieiunabãt· ſcilicet in prima· in quarta·
in ſeptima et in decima· et hoc eſt q2 legitur· ie
iunium primi· ieiunium quarti· ieiunium ſepti=
mi· et ieiunium decimi· quia ſicut in prima luna
cione eſt principium anni illorum· ſic et marci=
us eſt principium anni noſtri· Quod autem ieiu
nia noſtra ortum habuerunt a veteri lege· appa
ret ex hoc q2 a ieiunio veris vſq3 ad eſtiuale ſũt
·xiiij· ebdomade· quia tot generaciones fuerũt
ab abraham vſq3 ad dauid · Item ab eſtiuali vſ
q3 ad autumpnale· ſunt ſimiliter· xiiij· ſeptima=
ne· quia tot generaciones fuerũt a dauid vſq3
ad jeconiam· Item ab autumpnali vſq3 ad hiema
le aliе· xiiij· q2 tot reges fuerũt a jeconia vſq3 ad
xp̃m computatis regibus illis quos math̃ · in

ſuo euangelio p̄termiſit·
¶ De ieiunijs quatuor temporum·

Quia de ieiunijs quatuor tempoꝝ mē
tio facta eſt· conſequens eſt ut de a-
lijs ieiunijs h̄ aliqua ꝑſtringam⁹· Eſt
autē ieiuniū omnis oīm membroꝝ
ſatiſfactio· ut ſcꝫ mēbra ſatiſfaciant ſecundum
peccatum quod cōmiſerunt vel geſſerunt ut ſi
gula peccauit ieiunet et ſufficit · quia enī ſola
fuit in culpa ſola ſit in pena· Similiter ſi oculus
Vnde hieremie· Oculus meus depꝛedatus ē ani-
mam meam· et ꝑ feneſtras oculoꝝ meoꝝ mors
intrauit in animā · Et auguſtin⁹· Oculo nihil ē
nequius· et ſic de alijs mēbris · Vel ieiunium ē
parcimonia victus et abſtinencia ciboꝝ· Augu
ſtinus dicit· Maximū et ꝑfectum ieiunium ē ab
abſtinere ab iniquitatibus et a carnis volupta
tibus et delectacōnibꝫ huius ſeculi · Vn̄ pius
papa ait· nihil ꝓdeſt orare et ieiunare ſi mens
ab iniq̃tate et ab obtrectacōnibꝫ lingua cohibe
atur· Et dicit̄ ieiunium a ieiuno q̄d eſt q̄ddam in
teſtinū in homine q̄d ſemper eſt vacuum et ſub
tile· ſic et nos ieiunantes debemus eſſe vacui a ſu
perfluis et a vicijs· tam in corpore · quā in mē
te· Autoritas ieiunij eſt ex tribꝫ· ex ꝑſona· ex lo
co· et ex tempore· Ex ꝑſona· quia precepit de-
us ade et eue ut abſtinerent a fructu ligni ſciē-
cie boni et mali · Ex loco· quia in paradiſo inſti
tutum fuit et inicium habuit · Ex tempore · qꝛ
ab antiquo preceptum eſt celebrari · creacione
namqꝫ hominis in p̄mo mundi exordio dictū fu
it ei de ligno ſciēcie boni et mali ne comedas et
qꝛ fuit celebratū ante legē a moyſe et ſub lege
ab helia· et in tempe gracie a xp̄o · Moyſes enī
ñ comedit neqꝫ bibit· xl· diebus· helias q̄ꝫ am-
bulauit· xl· diebus et · xl· noctibꝫ in fortitudine
ſub cinericij panis· et xp̄us· xl· diebꝫ et · xl· no-
ctibus ieiunauit· Fuit eciam celebratum in ſex
etatibꝫ· nā in ea etate que fuit ab adam vſqꝫ ad
noe fuit abſtinencia carnium et vini· A noe ve-
ro in poſterū fuit conceſſum vinum et carnes· ⁊
ſic de ceteris etatibꝫ· Cōmendatur autē ieiuni-
um exēplis· quoniā eua quādiu ieiunauit et ab-
ſtinuit in padiſo et ꝟgo ꝑmanſit · Adam· quia
ieiunium violauit a delicijs paradiſi in ſummaꝫ
miſeriam corruit· Helias quia ieiunauit in celū
curru igneo raptus ē· Moyſes poſt ieiuniū cū
deo locutus ē· Hieruſalem ꝑ ieiunium liberat̄ a
zenacherib tempe regis ezechie et yſaie · Jona
q̄ꝫ p̄dicante preſtatur venia niniuitis in ſacco
et cinere et ieiunio penitenciam agentibus· Je
iunamus eciam exemplo apoſtoloꝝ ut dicetur
ſub quarta feria penth̄ · Porro ieiunium aliud
corporis eſt et carnis· aliud mentis· aliud auari
cie· aliud faſtidiētis· aliud diſpenſacōnis · ali-
ud deuocōnis· aliud votiue ꝓmiſſiōis· aliud ſup
plicōnis· aliud compaſſionis· aliud inſpiracōis
aliud recōſpectionis· aliud racōnabile· aliud ir
racōnabile· aliud q̄litatis ſiue ponderis· aliud
quantitatis· aliud numeri· aliud ſumme exactio
nis · aliud alt̄nitatis· aliud zerofagie· aliud me
roris· aliud exultacōnis· aliud vanitatis ſiue y
pocriſis· aliud virtutis ſiue caritatis· aliud indi
ctionis· aliud neceſſitatis· aliud inſtitucōnis· a
liud voluntatis· aliud paritatis· Sane ieiuniuꝫ
corpis et carnis eſt· quando quis abſtinet a ci
bis ne nimis pingueſcat · vel ut ab infirmitate
liberetur· vel quia comedere non poteſt et hoc
nullius eſt meriti · Jeiunium mentis eſt quādo
quis abſtinet a vicijs · vel eciam a cibis ne caro
pingueſcat laſciuijs· Jeiuniū auaricie ut bur
ſe parcatur· Jeiunium faſtidientis· eſt q̄d fit
ut appetat· Jeiunium diſpenſacōnis · eſt q̄d
celebratur in vigilijs ſolēnium dierum et mḡna
rum feſtiuitatum· ut natalis domini · Que ideo
dicuntur vigilie· quoniam antiquitus in p̄cipuis
feſtiuitatibus duo nocturnalia agebant̄ officia
et populus q̄ ad feſta venerat tota nocte in dei
laudibus in eccleſia vigilabat· q̄d adhuc rome
et in pleriſqꝫ locis in magnis feſtiuitatibus p̄-
ſertim ſanctoꝝ patronoꝝ eccleſiarum obſer-
uatur· Sed quia luſores et cantores conuenie
bant et turpibus cantilenis et ſaltacōnib⁹ et
conmeſſacōnibus et potacōnibus et fornicacō
nibus intendere ceperunt· ꝓpter hec et multa a
lia inconueniencia· que fiebant huiuſmodi vigi
lie ſūt interdicte et inſtitutum ut loco eaꝝ fiāt
ieiunia que ieiunia adhuc retinent nomē officij
ꝑſtam omnino vigilie et non ieiunia nuncupan
tur· Si quis tamen ieiunaret ⁊ honeſte in eccle
ſia vigilaret vtiqꝫ bene faceret et ꝓut fit in natiui
tate johānis baptiſte ꝓpter eius reuerenciam·
Hec igitur inſtitucio dicitur diſpenſacio· qꝛ ie
iunium ponitur loco vigiliaꝝ · de hoc dictum ē
in· v· pte ſub ti· de nocturnis· Jeiunium de-
uocōnis eſt ad q̄d q̄s neceſſario nō tenet̄ q̄d in
ferius voluntariū appellatur· Jeiuniū votiue
ꝓmiſſionis eſt ut ſi quis vouet q̄ certa die ieiu-
nabit· vel a carnibus abſtinebit· Et nota q̄ vo-
ta ex diſcrecionis ꝯſenſu comite racone emiſſa
deo reddenda ſunt· iuxta illud· vouete et reddi
te deo vota veſtra· Votoꝝ autē aliud eē neceſ-
ſitatis· aliud ſpontanee voluntatis· Neceſſita-
tis eſt q̄d eſt fidei annexum ut q̄d fit in baptiſ-
ſimo· puta fidei catholice ꝓfeſſio et ſathane
abrenunciacō· et votum obſeruacōnis decēꝫ p̄
ceptorum legis· et ꝯtinencie q̄ quis in ſuſcep-
cione ſacri ordinis vouetur · Et talia vota q̄ſqꝫ
inuiolabiliter obſeruare tenetur · Spontaneo-
rum vero votoꝝ· aliud eſt diſcretum· aliud eſt
indiſcretum· Indiſcreta ſūt vota pueroꝝ ⁊ pu
ellarum dum ſūt in parentum poteſtate · Vnde
illis volentibꝫ irritari poſſunt· Si igitur puel-
la infra nubiles annos vouerit caſtitatem ꝑpe-
tuam licite nubere poterit parentibus vel cura
toribus illam ad hoc cogentibus· Indiſcretuꝫ
eſt eciam votum mulieris in poteſtate viri exiſ-
tis· Vnde ſi illo inſcio vouerit pegrinari vir vo
tum huiuſmodi poterit reuocare· quia ipa non
habet poteſtatē ſui corpis· ſed vir· Indiſcrecō

eciam attenditur quandoq; circa ꝓuectos et li-
beros· ut ſi forte quis vouerit ad qđ ꝓficiendū
ſufficere nequit· vel in quo natura ita debilita
retur ꝙ poſſet fieri ſui ipſius homicida ·vel ꝙ
ſine alterius licencia complere nequit ·vel ꝙ n̄
ex deliberacione· ſed ex iracundie calore emitti
tur et talia pocius ſūt ſpernenda quā execucio-
ne digna· Jeiunium ſupplecōnis eſt ut ſi q̄s
vltra penitenciam ſibi a ſacerdote iniunctam a
liquid ſuppleat de ſuo· Jeiunium compaſſio-
nis eſt ut ſi ſacerdos alicui dicat ꝓ hoc peccato
fac cantari duas miſſas et ieiuna et ego ꝓ te cā
tabo et tres dies ieiunabo· ꝓpter hoc tam̄ non
debet aliquid recipe· q2 ſacerdos debet cōpati
ꝓximo ſuo et orare ꝓ eo· et eciam ieiunare· pōt
eciam dici compaſſio ut ſi quis petit a ſacerdo-
te penitenciam patri ſuo iniunctā ut ꝓ p̄re pa
gat partem illius· Quatuor eñ modis fit hu
iuſmodi compaſſio· quādoq; ꝑ ſacrificia ·qñq;
ꝑ ieiunia· quandoq; ꝑ oracōnes ·quandoq; ꝑ e
lemoſinarum largicionem· Jeiunium inſpira
cōnis eſt· ut in beato nicolao· qui adhuc infās
et manens incunabilis tribus dieb; in ebdoma-
da a mamilla matris ſue abſtinebat ·vel ut alij
dicunt quarta feria et ſexta ſemel tantum ſuge
bat mamillas· Jeiunium circumſpecōnis ē·
qñ ꝓ aliqua imminēte tempeſtate· ꝓ periculo
hoſtiū· vel ꝓ caſu cuiuſlibet anguſtie ieiunamꝯ

·Jeiunium racionabile eſt ·quando cibū et po
tum moderate ſumimus· nec naturā debilitamꝯ
vnde apoſtolus· Racionabile ſit obſequium ve
ſtrum· non in cōmeſſacōnibus et ebrietatibus·
Jrracionabile eſt ſi quis velit ieiunare ꝑ duos
vel ꝑ tres dies· vel ꝑ totam ebdomadam qđ n̄
approbat deus· vult eñ hominē ſic ieiunare ut
cogatur vicijs mori nō ut cogat̄ natura diſſol-
ui· Vnde prohibetur ieiunium quod quidā fa
ciunt a cena domini vſq; ad paſca· Jeiunīu q̄
litatis eſt ſi quis voueat ſe vlterius non come-
ſturum carnes· Jeiuniū quantitatis eſt ſi q̄s
cōmedat ad pondus vel ad menſuram non plus
vna die q̄ꝫ altera vel ſi quis voueat ſe non ome
ſturum niſi tanti ponderis panem· Jeiuniū
numeri eſt quando quis vouet· ꝙ de cetero non
comedet niſi vna vice in die· cogitās ꝙ cōmede
re pluries in die beluarum eſt ·et comedere bis
hominum· ſemel angelorum· Jeiunium ſum-
me exactionis eſt in his· qui non comedunt niſi
olera· radices· et herbas· ut johannes baptiſta
in deſerto· et maria egipciaca in heremo que cū
duobus panibus tantum iordanem tranſiens·
auſteram vitam in heremo· v· annis egit· Je-
iunium alternitatis eſt ut cum quis vno die co-
medit et alio ieiunat· Jeiunium zorofagie di
citur ſicca comeſtio· a zoros qđ eſt ſiccū et pha
gin quod eſt comedere· Vnde priſtianus in zo
rophago biſancij· Sicca vero cōmeſtio eſt ut ī
fructibus pomis· piris· caſtaneis et conſimili-
bus· Quidam tamen ſiccam cōmeſtionem appel
lant legumina ſiue cruda ſiue cocta eciam ſi lixa
ta comedantur cum coclari· Jeiunium meroꝛ-
ris conſiſtit in vno ·ſcilicet in abſtinēcia ciboꝝ
et fit ꝓpter duo ·ſcilicet ꝓpter corpalem abſen
ciam· et ſpiritualem ſponſi ·hoc repſentat ec-
cleſia in tribus quatuor temporibus· Jeiuni
um exultacōnis conſiſtit in duobus· ſc; in ab-
ſtinencia ciborum et mundanaꝝ reruꝫ· et fit ꝓp
ter vnum ſc; ꝓ quadā interne dulcedinis ꝑgu-
ſtacōne· Juxta illud guſtate et videte· hꝫ repre
ſentat eccleſia in vigilia et ebdomada pꝯ penth
vtrūq; vero repreſentat in tempore aduentus·
prout ibi dictum eſt· Eſt ergo duplex ieiuni
um· ſc; tribulacōis et gaudij ſiue meroris et ex
ultacōnis ſic habet̄ in glo· ſup illo loco math·
·ix· c· Nunquid poſſunt filij ſponſi lugē q̄ꝺiu
fuerit ſponſus cum eis· Jeiunium vanitatis
ſiue ſimulacōnis vel fictōnis eſt in ypocritis·

·Jeiunium virtutis ſiue caritatis eſt in ſanctis
et perfectis· Jeiunium indictionis eſt ut in
die beati marci· Jeiunium neceſſitatis eſt i p
fectis· Jeiunium inſtitucōnis eſt ieiuniū· xl·
et alia a ſanctis patribuſ inſtituta· que quaē in
ſtituta fuerint· iam dictum eſt· et dicetur ſub
ti· de capite ieiunioꝝ· Et nota ꝙ ieiuniū indi-
ctionis neceſſitatis· et inſtitucōnis ad idem re-
feruntur· Jeiunia neceſſaria· ſc; ꝑ eccleſiā in-
ſtituta et indicta· ſūt ieiunia q̄tuor temporꝝ· et
vigiliaꝝ apoſtoloꝝ· natiuitatis domini· beati
johānis baptiſte· oīm ſanctoꝝ· aſſumpcōis be
ate marie· beati laurencij ·xl· et ſexte ferie p̄ter
illas que ſūt inter paſca et penth· et preter q̄ꝫ
ſi natiuitatem domini in ea venire contingat· ni
ſi tunc aliqui voto vel religione ſint aſtricti· Di
cunt tamen quidam ꝙ ieiunium ſextis ferijs nō
eſt neceſſitatis· niſi quo ad carnes ·alioquin nō
liceret ciſtercienſibus illud mutare· Sed et ſm
leonem papam· licet non ſit neceſſitatis ſabba-
to a carnibus abſtinere· racionabilis tamen cō
ſuetudo ·et canon innoc· aliter interp̄tatur eo
ꝙ in illo triduo poſt paſſionem domini tota fi-
des in ſola beata virgine maria remanſit· Gene-
ralia quoq; et ſpecialia ieiunia ꝑ epiſcopos in
ſinođ et concilijs inſtituta ſolui non debent·

Siquidem ad neceſſaria ieiunia tenentur do
li capaces cum et ipſi delinquere poſſint· diſpē
ſari tñ poteſt circa hoc cum impubibus· et eci
am cū conſtitutis in maiori etate· et cum ſenibꝯ
et infirmis ac debilibus· Mulieris vero lꝫ ꝓptē
viroꝝ ꝓhibicōnem ieiunia votiua volūtaria di
mittere debeant· prout ſup̄ tactum eſt· indicta
tamen per eccleſiam non licet· et in illis ſacer-
dos forte ꝓpter ſcandalum cum eis valeat diſpē
ſare· Aliter eñ indicta ieiunia redimi pecunia·
vel alio modo nequeunt· niſi caſualis neceſſitas
ſubſit· Tunc eñ bene poſſunt redimi vel cōmu-
tari ſicut et ieiunium feſti quod eſt die lune fit
in ſabbato· Vnde et in quibuſdam locis in qui
bus ſūt eccleſie ſancti quintini nō ieiunat̄ in vi-
gilia ſanctoꝝ omniū ·ſed die tercia p̄cedenti· de
hoc dictum eſt in prohemio ſecūde ptis· Poſſꝫ

eciam ſtatui ut quidam dicunt· ut in dictis ieiu-
nijs bis parum tamen comederetur ſicut faciūt
ciſtercienſ· opantes qui ad tollendū ſcandalū et
caritatem ſeruandā aliquid pguſtant · nec ꝓp-
ter hoc ieiunium p eccleſiam indictum ſoluere
dicuntur· Voluntaria vero· ſcʒ ad que aliq̄ vo-
to vel ꝓpoſito ſe aſtringunt vel eciam que ſacer
dotes p̄ter indicta ꝓpter peccata imponunt li-
cet cōmutare et rdimere· eciā ſi nulla cauſa ſub
ſit dūmodo vtilior ſit compenſacio· Ceterum ꝯ
medere ante horam comedendi· et ante miſſam
in ieiunijs ſtatutis et neceſſarijs mortale pecca
tum eſſe ſacri canones affirmant · inuolūtarijs
vero veniale· Supra vigilias apoſtolorum no
tandum eſt ꝙ ieiuniū paritatis quando videli-
cet paria ſanctoꝝ merita pariter ieiunamꝰ· ſicut
patʒ in vigilijs beatoꝝ jacobi et bartho· et ali
orum apoſtoloꝝ qui non habēt ieiunia inſtitu
cōnis in quibus ieiunamꝰ ꝓ eo ꝙ fuerīt apoſto-
li· quomā alij apoſtoli vigilias habēt · Cuʒ eīn
ſint meritis pares decet ut omnes habeant ie-
iunia· vn̄ cōcil· bracarenſ· dicit· Nō oim apoſto
loꝝ vigilie ſūt ieiunande preter vigilias apo-
ſtoloꝝ philippi et jacobi et johānis euāgeli-
ſte· Eccleſia tamen gallicana non tenet · niſi de
ſex apoſtolis· et de quatuor eoꝝ ieiunijs · pe-
trus et paulus habent pariter vnum · quia eadē
die paſſi ſūt· Symon et iudas habēt aliud· ma-
theus habet terciū· andreas quartū · In vigi-
lijs iſtoꝝ ieiunādū eſt· ut ſicut illi paſſi ſunt ꝓ
xp̄i nomine· ſic et nos cum eis compaciamur· ſi cū
eis conregnare velimus· De alijs vero apoſto-
lis inſtitutum nō eſt ꝓpter aliqua impedimēta
Ecce eīn feſtū philippi et jacobi eſt int̄ paſca
et penth· qđ tempus gaudij eſt et leticie idcʒ
tunc non eſt ieiunium· Si opponitur de ieiunijs
letaniaꝝ· Reſpondet̄ ꝙ neceſſitas interueīt ꝓ-
ut ibi dicetur· vel id non eſt ieiuniū neceſſita-
tis· ſed voluntatis· et de eo ꝙ quidam ꝓpter ex-
pectacionem ſpiritusſancti ieiunant ab aſcenſio
ne vſqʒ ad penth· ꝓ eo ꝙ apoſtoli dicuntur· illo
tempore ieiunaſſe· Reſpondetur ꝙ nulla ſcrip-
tura autentica dicit apoſtolos tunc ieiunaſſe·
Vnde tunc ieiunandum n̄ eſt· quia tempus illud
eſt de tempore paſcali· In vigilia tamē penth·
bene ieiunandum eſt ut p ieiunium mundati · et
purificati ſpiritumſanctum digne ſuſcipe me-
reamur· Item jacobus zebedei frater johannis
euangeliſte occiſus eſt ab herode in diebus azi
morum· quare ieiunium non habet· nec eciam tūc
de illo feſtum celebratur ꝓ ut in · vij · parte ſub
ip̄ius feſto dicetur· De beato bartholomeo cu-
ius feſtum celebratur· ix· kalās ſeptembris di-
citur ꝙ fuit excoriatus· et ſequēti die obijt · et
ſic ſi haberet vigiliam opteret ꝙ eſſʒ tercia die
ante ꝙ eſſet contra normā alioꝝ feſtuoꝝ ieiu
nioꝝ· Quidam autem celebrant feſtum excori-
acōnis alij obitus et et melius · Sed ſicut in cō
cil· bracarenſ· cauetur· In hoc conſuetudo cuiuſ-
libet eccl̄ie ē obſuanda · Barnabas autem nō

habet ieiunium· qꝛ non eſt d̄ numero duodecim
apoſtoloꝝ· nec dicitur apoſtolus niſi qꝛ cum
eſſet ſocius pauli miſſus fuit ad predicandum·
vn̄ ſegregate mihi barnabam et paulū · De be
ato q̄ꝫ thoma non eſt ieiunium ſtatutum· qꝛ eiꝰ
feſtum eſt in aduentu domini· vbi continuū eſt
ieiuniū · Mathias eciam ieiunium inſtitucōnis
non habet· quia frequenter feſtū illius ſolet cō
tingere in· xl· et ſemper eſt in· lxx· et tunc ē tē-
pus ieiunij· vel qꝛ non fuit de primitiuis apo-
ſtolis ſed poſt paſſionem domini ſorte electus
eſt et p electionem aliorum loco jude ꝯſtitutus
Vnde propheta· Et epiſcopatum eius accipiet
alter· Decretalis tamen dicit ꝙ hic habet vigi
liam et ieiunium· nec eſt vis ſiue iſtud feſtuʒ fi-
at in prima die biſextili ſiue in ſecunda· ꝓut in
· vij · pte ſub anno ſolari dicetur · Joh· euange-
liſta feſtum habet tercia die poſt natale domi-
ni et tunc non eſt ieiunium· tum ꝓpter feſta tūc
occurrencia· tum quia ipſe die illa nō obijt · ym
mo in die feſti beati johannis baptiſte· Si tamē
fieri poſſet bonum eſſet in omnibus apoſtoloꝝ
vigilijs ieiunare · Beatus laurencius ſolus int̄
martires· et ſolus beatus martinus int̄ confeſ-
ſores ieiunium habent· Porro dicunt quidā ꝙ
non ſoluit ieiunium· licet paret qui in ieiunijs i
dictis p̄terq̄ꝫ in· xl· comedit caſeū ⁊ oua· Alij ꝯ
tradicunt ex cauſa tamen in aliquibus locis illō
poſſet concedi· De ieiunio ideo quadrageſime·
greg· ita dicit· Par autem eſt ut qui his diebʒ
a carne animalium abſtinemus · ab omnibus q̄ꝫ
que in ſemētinam trahunt originem carnis· ie
iunemus a lacte· videlicet caſeo et ouis · Quidā
autem heretici dicunt· ꝙ xp̄iani nunquam debe
rent carnes caſeum et oua comedere· quia ut di
cunt hoc non legitur in nouo teſtamento · ym-
mo apoſtoli iudicauerunt abſtinere ab immola
tis ſimulacroꝝ et ſanguine et ſuffocato · Et a
poſtolus · Si eſca ſcandaliſauerit· f· m· n· m· c· in
e· Et alibi· bonum eſt non mādncare carnem· ne
qʒ bibere vinum· Non legitur eciam ut dicūt ꝙ
xp̄us ex aliqua natura eorum que mouentur di
ſcipulis ad manducandū daret· nec eciam ante
ſe manducari ſineret· preter piſces· nec ex fru-
ctu alicuiꝰ creature que moueat ſe excepto fru
ctu apum · Electuarijs vero n̄ aliter vti licet· ni
ſi ſicut alio delicato cibo · Secus eſt i medicina
curatiua· ꝑſeruatiuam tamen vbi nullum ē ſig-
num inſtantis infirmitatis recipe nō licet· Qui
dam tamen dicunt ꝙ ꝓ nulla medicina· nec eciā
ꝓ electuarijs ieiunium ſoluitur· nec eciam ꝓ
potu ante cibum vel poſt · Sic enim videtur in-
ductum ex conſuetudine eccleſie ieiunantis et illō
tollerantis· Seneſcalci autem vel quilibet alij ſ
uitores vel portantes enchenia· non ſoluunt ie-
iunium ſi preguſtant cibos ante dominos for-
te de toxico dubitantes · Quibus eciam caſibus
monachi abbatibus ſeruientes et alij ſeruito-
res poſſunt carnes p̄guſtare· Idemqʒ eciam de
medicis preguſtantibus medicinas· Tempore

ieiūnioꝝ precōſe veſtes deponunt et humiles
aſſumuntur et carnes tam ſolide ꝙ liquide diſ-
mittunt. Sed cū piſces ſint caro q̄re hoc tē-
pore comedunt. Reſpōſio deus non maledixit
aquis quoniā p aquam baptiſmi futura erit ē
miſſio peccatoꝝ. hoc eñ elementū digniſſimū
eſt. ꝙ ſordes abluit. et ſup ꝙ ſpiritus domini
ante mundi conſtitucōnem ferebat. Terre ve-
ro maledixit in operibus hominis inde eſt ꝙ om
ne genus carnis qđ in terra verſatur taꝫ q̄dru
pedia ꝙ aues in ieiunijs non licet comedere.
Et licet quedam aues circa mare verſent et in
aquis et quedam in eis vel ex eiſđ naſcant mag
tñ ad naturā terre a qua nutrimentū pcipiūt q̄
ad hoc ptinere dicunt. Adhuc cum quidam
piſces ſint habentes ex vna parte formā q̄dru-
pedis animalis et ex altera piſcis. ut biuer9 in
ieiunijs poſſunt comedi ex parte qua piſcis vi-
detur. ex alia vero minime. Ad hoc piſciū vſus
ſecundum greg. ita xpiano relinquitur. ut hēi
infirmitatis ſolacium non luxurie pariat incen-
dium. Deniqꝫ qui a carne abſtinet nequaquam
ſumptuoſiora marinarum beluarum conuiuia p̄
paret. Vinum quoqꝫ in ieiunijs ſic bibere pmit
timur. ut ebrietatem omnino fugiamus. Vnde
in penitenciali romano ſtatutū eſt ut penitens
paruis piſciculis et mediocri ceruiſia tempora
teutatur. Poſtremo notanđ eſt ꝙ ſicut ait gḡ.
in omelia illius euangelij. homo quidam diueſ
fecit cenam magnam refectio corpis in diebuſ
ieiunioꝝ poſtꝙ nulla alia paratur non prandi
um ſed cena vocatur.

De officio quarte ferie.

Nunc ad huius diei officium redeamus
Siquidem in hac quarta feria exami
nantur ordinandi an ſint ydonei ad ſu
ſcipiendos ordines vel non. quoniam
in quarta etate leuite a dauid et a ſalomone ad
templi miſteria diſtributi ſūt. Et inđ eſt ꝙ due
lectiones legunt ad miſſam. quarum prima q̄
legitur ſub throno nocturnali. ſcꝫ đclinate ſig
nificat vetus teſtamentum. et ſecunda que le-
gitur ſub omnium throno ſcilicet aſcendere ſig-
nificat nouum teſtamentum. ad ſignificandum
ordinandos in vtroqꝫ teſtamēto debere eſſe in-
ſtructos. monendi eñ ſūt qui ad ordinem ſacꝝ
conſcendunt ꝙ habeant noticiam legis et pphe
tarum quibus poſſint alios erudire. Prima le-
ctio eſt. Erit in nouiſſimo yſa. ij. c. Secunda eſt
Locutus eſt dñs. yſa. vij. c. Sed et lex et pphe-
te quarta mundi etate viguerūt. a doctrinaꝫ ie
iunioꝝ habemus a veteri teſtamento ut p̄miſ-
ſū eſt. ſemel genua flectuntur. quia tam in lege
ꝙ in prophecia deus vnus coli precipitur. Quo
ciēs autē in quarta feria due lectōnes legunt
tociens in anno in primo ſabbato poſſunt ge-
neraliter ordines celebrari. qđ ſexies cōtingit
videlicet ter in. xl. et ter extra quadrageſimā
de quo dictum eſt in prohemio ſecunde partis.
In ſextis vero ferijs ieiuniorum quatuor tē-
porum vna dumtaxat lectio ad miſſam legitur
quia lex et prophete que fuerūt in quarta eta
te in vno euangelio in ſexta etate recapitulan-
tur. Sane huius quarte ferie euangelium eſt
miſſus eſt ange. ⁊c. quod eſt luce. i. c. In q̄ para
nimphi recitatur annūciacō. virginis conſen-
ſus et domini incarnacio. que propheticis tuƀ
fuerat antea declinata. Vnde precinit prophe
ta introitum. Rorate celi deſup et nu. plu. iuſ.
yſa. xlv. c. Rorate dicit et pluere qꝛ deſcendit v
bū in aulam credule vginis. ſicut pluuia in vel
lus. Celos dixit et nubes angelos et pphetas q̄
enarrant gloriam dei in pphetica lectione. Erit
in nouiſſimis diebus. quod eſt yſa. ij. c. agitur
de monte domini qui de paruo lapide creuit in
montem. qui regnabit in domino jacob. Vñ re-
cte ſubditur in ḡduali. Tollite portas pñ. ve.
et introibit rex glorie. Et quis aſcendet in mon
tem domini. In epiſtolari lectione. Locutus ē do
minus ad achaꝫ ⁊c. que eſt yſa. vij. c. manifeſte
agitur de beata virgine cui rite ſuccinitur gra-
duale. ppe eſt dominus. et ne qua ſurrepat dubi
tacō ſubdit in offertorio. Confortamini. Alie
tñ eccleſie dicunt. Aue maria. qđ ſumitur ex di-
cto euāgelio. Comunio eſt. Ecce virgo yſa. vij.
In matutinali vero offō in quibuſdam eccleſijs
pſalmodia finita dyaconus ſubdyacon9 et aco-
liti in albis cum candelabꝛs et thuribulo pceſ
ſionaliter iuſſu prelati ad pulpitum pgūt. vbi
dyaconus pnunciat euāgeliū. Miſſus eſt et ei9
omeliam. deinde incenſat altare. et poſtea ipſe
et ſubdyaconus ſedent. donec vnus acolitus a c
cenſauerit choꝝ qđ quidam fit ob reuerenciaꝫ
dominice ānunciacōnis. que in ipſo euangelio
continetur. Semper p̄latus illos mittit. ad no-
tanđ ꝙ de9 pater pphetas p̄miſit ad p̄nuncian
dum domini incarnacōnem futurā. et gabrieleꝫ
angelum miſit ad annūciandum eam virgini ma
rie. Dyaconus euangelium pnuncians eſt ange
lus annūcians virgini ꝙ conciperet. Altaris thu
rificacō eſt ſpiritus ſancti. ipſi virgini obumbra
cio. miniſtroꝝ quies ſiue ſeſſio eſt ipſius vgi-
nis timor et cogitacio qualis eſſet angeli ſalu-
tacio chori vero thurificacō eſt patrum illius
temporis de filij dei incarnacōne diu deſidera-
ta exultancium graciarum actio et ḡtulacio.

De ſexta feria.

In ſexta feria vna tantum lectio ad miſſam legi-
tur. qꝛ actor noui et veteris teſtamenti de qui-
bus p̄miſſuꝫ eſt vnus ſolus deus ē. et qꝛ ex vtro
qꝫ teſtamento vnum euāgelium factū eſt. et ē
epiſtolaris lectio. Egredietur virga. que eſt yſa.
. xi. c. Et manifeſte de aduentu domini et de bea
ta virgine intelligitur. que cum eſſet virgo im
maculata ppe fuit. Ideoqꝫ in introitu eccleſia p̄
cinit. Prope eſto mihi. et in verſu. Beati imma
culati. et ad idē ptinet euangelium. Exurgens
maria. qđ eſt luce. i. c. Graduale. Oſtende noƀ
domine. Et offerenda. Deus tu. Vel ſecundum a
lios. Audi iſrahel. primum reſpiciunt aduentū

quam quia celi enarrauerunt·i· apoſtoli predi
cauerunt· In ſecundo aduētu cum domino iudi=
caturi· Idcirco eſt hodierna ſtacō ad ſanctos
apoſtolos· de quibus habet̄ in cāticovirginis
de quo fit mencō in pmiſſo euangelio vbi dicit̄
Depoſuit potentes de ſede ·i· ſupbos ſcribas
et phariſeos· et exaltauit humiles·i·apoſtolos
Et in comūione· Ecce dn̄s veniet·zacharie vi·c·
De ſabbato·
In die ſabbati dicunt̄ lectiones de veteri teſtam̄
to ante lectionem illam · Angelus domini ·que
ſumunt̄ de lege et pphetis · Et in quibuſdam ec
cleſijs pma eſt· Clamabunt · que eſt yſa ·xix ·c·
Secunda eſt· Letabit̄ q̄ eſt eiuſdē·xxxv·c· Ter
cia eſt· Sup montē· que ē eiuſdē·xl·c · Quarta
eſt · Xp̄o meo · que eſt eiuſdem· xlv ·c · Ideo
autem ſūt quatuor· q2 q̄tuor ſūt ordines bene=
dicencium deum videlicet plati·clerici religioſi
et laici·ſiue populus quos p̄s enumerat dicens
domus iſrahel benedicite dominū ·per hoc po=
pulus·domus aaron benedicite dominum·p h̄
plati·domus leui·benedicite dominum ·p hoc
miniſtri·qui timetis dominuȝ benedicite ·d·p h̄
religioſi intelligunt̄·  Prima ergo lectio pti
net ad populum·  Secunda ad prelatos·
Tercia ad miniſtros·  Quarta ad omnes reli
gioſos· In his em̄ lectionibus informant̄ ordi
nandi ut ad exempla ſanctoꝝ patrum dictoꝛuȝ
q̄tuor ordinū cum eis benedicant dominū·ſiue
ut benedictō illoꝝ veniat ſup eos ·vel ideo q̄=
tuor legunt̄· q2 ieiunās debet habere quatuor
cardinales virtutes ſcȝ temporanciam ·q2 ip̄m
ieiunium temporancia eſt · Prudenciā·vnde a=
poſtolus· racōnabile ſit obſequiū veſtrū · For=
titudine· vnde prouer· vult de muliere forti·i·
de eccleſia · Accinxit fortitudine lumbos ſuos·
q2 oportet nos multū laborare ad hoc ut caro
noſtra munda ſit · q2 cum magna ſit pugna· q2
valde corrupta eſt ·et ſpinas et tribulos ger=
minat·et ideo cū magna atricōne venit ad can
dorem·ſicut et biſſus · Et ad iuſticiam ·vn̄ yſa·
Et erit iuſticia cingulum lumborum ei9 et fides
cinctorium renum eius de criſto loquitur in mē
bris quando em̄ ſit iuſticia in terra recedunt la
trones· ſimiliter quando iuſticia ſit in nobis re
cedunt parui motus· et non ſupant· licet in no
bis habitent· Si vero non fiat iuſticia n̄ recedēt
vn̄ yſa· quia non fecimus iuſticiā non receſſerūt
habitatores terre · vbi eſt iuſticia ·ibi eſt pax·
Fides antē ē cinctorium renum eius· quia ut di=
cit greg· Deſpectus terrenoꝝ reſtringit fluct9
carnalium voluptatum· vnde ſi ieiunas a cibis
corpis oportet ut ieiunes a cibis demonis ·et
cōmedas cibos mentis· qui autem ſic ieiunāt nō
nocebit eis ignis tribulacōnis· nec ignis mun=
danus· ſicut nec trib3 pueris nocuit ignis for=
nacis babilonis· Et ideo ſequit̄· Lectio daniel
·iij·c· Angelus domini · Precedit aūt ipſa le=
ctio ordinacōn eȝ clericoꝝ· ad notand̄ q2 nemo
rite poteſt ad ꝯſecracōnem accedere n̄ p9tran

ſeat per fornacem atq3 in fornace dominū bene
dicant· iuxta illud ſapiencie· Vaſa figuli pbat
fornax et homines iuſtos temptacō tribulacio
nis· quia qui ad ſacrum accedunt miniſteriū p
bandi ſunt in camino multarum tribulacōnū et
temptacōnum· Iuxta illud apoſtoli · Et hij p=
bentur pmo et ſic miniſtrēt· pter ordinandos
em̄ legitur ad ſignificanduȝ · q2 ſic vivere debēt
ut nō noceat eis aliquis ignis regis babilonis
·i·dyaboli ſicut ignis tribus pueris non nocuit
et ſequentur benedictiones· ſcȝ ymn9· Bn̄dict9
es domine ꝛc̄· Quia poſt pbacionē coronantur
et a domino benedicentur· Et in fine ſubicitur v=
ſus· gloria patri et fi·ꝛc̄· in laudē et honorē tri
nitatis qd̄ non fit poſt p̄s· benedicite · Tum q2
ibi in ultimo verſu fit mencio de patre et filio et
ſpiritu ſancto· tum quia ibi in facto trium pue=
rorum tota trinitas fuit dehoneſtata· hic vero
verſus precedentes ad ſolius patris ptinent
laudes· et in ordinandis trinitas honorat̄· Cho
ro autem licet ſedere dū lectio ipſa dicitur ·ſed
non in cantu· Aliud em̄ ſignificat ip̄a lectio in le
gendo· et aliud in cantando· Vnde tūc ſtare de
bet epūs et clerus· quoniā non debemus quie=
ſcere qui ſcimus pueros illos pro deo laboraſ=
ſe· Dicunt̄ autem in ſabbatis ieiunioꝝ ·vij· le=
ctiones euangelio ꝯnumerato eo q2 ·vij· ſūt or
dines· Et quidam dicūt ·xij· p eo q2 antiquitus
rome et adhuc in ꝯſtantinopoli fieri dicit̄ · le=
gebatur grece et latine· et legebant̄ ·xij· lectō
illius ſtelle venirent in bethleem vt regem na
tum quem eis ꝓphetauerat balaam adorarent
Et dicitur epiphania ab epi quod eſt ſupra ⁊
phanos quod eſt apparicō· quia de ſurſuꝫ illa
fuit apparicō· ſcꝫ de celo· vel ab epi quod ē ſu
per· quia ſcriptum eſt vſqꝫ dum veniens ſtaret
ſupra vbi erat puer· Erat quidem proximior
terre quam alie ſtelle· et hec facta ſunt trede-
cima die a natiuitate domini· qua die ſtella ma
gos ad p̄ſepium duxit· Et dicunt quidem· ꝙ
ſtella illa fuit ſpiritusſanctꝰ· qui poſtea deſcē-
dit ſuper dominū baptizatū in ſpecie columbe
et ipis magis in ſpecie ſtelle· Alij ꝙ fuit an
gelus· qui apparuerat paſtoribus iudeis· ſcꝫ il
lis tanq̄ꝫ racione vtentibꝰ in forma racionabili
Iſtis vero gētilibꝰ tanq̄ꝫ irracōnabilibꝰ i ſpe
cie irracōnabili Alij et veriꝰ ꝙ fuit de nouo
creata que peracto officō ſuo redijt i p̄mordi-
alem materiam· Alij dicunt· ꝙ cecidit in pu
teum· vbi adhuc dicitur apparere· ſolis tamen
virginibꝰ· Solet autem queri quomō tā ci-
to· videlicꝫ· infra· xiij· dies de tam remotiſſimis
regionibus hieruſolimā venerunt que dicitur
eſſe in medio mūdi· iuxta illud pſalmi· Rex no-
ſter opatus eſt ſalutē in medio terre· Dicit yſi-
dorus· ꝙ an̄ natiuitateꝫ ſtella illis apparuit vt
poſſent ibi eſſe i tempe oportuno Hieronimꝰ
dicit ꝙ in die natalis primo ab eis viſa eſt· ſed
venerunt in dromedarijs· iuxta illud ꝓpheticū
Inundacio camelorum operiet te dromedarij ma
dian et effa que velociſſime currūt· vnde et di
cunt̄ a dromo· quod eſt curſus· et aros quod ē
virtus· et ſunt minores camelis· ſed velocius

currunt quam illi·ſcȝ tantū in vna die quantū
equus in tribus Queritur etiam quare magi
venientes munera obtulerunt·Reſpondendo·
ꝙ ſecundum bedam antiquitꝰ nullꝰ ad regem
vel dominū vacuꝰ introibat qđ perſe et caldei
obſeruāt·Secundo ſecundum bedā·Obtulerūt
aurum beate virgini·ꝓpter inopie ſubleuacio
nem·thus contra ſtabuli fetorē·mirraȝ ꝓpter
membroꝝ pueri ꝯſolidacionē ⁊ vermiū expul
ſionem· Tercio quia aurū ad tributum·thꝰ
ad ſacrificium·mirra vero ad ſepulturā ꝑtinet
Per hec ergo tria inſinuanť in xp̄o·regia po
teſtas·diuina maieſtas·et humana mortalitas
Quarto quia aurum ſignificat dilectionem·
thus oracionem·mirra carnis mortificationeȝ
que tria offerre deo debemus ¶Scđa appari
cio fuit eadem die in baptiſmo multis tamē an
nis reuolutis·ſcȝ xiij·die triceſimi vł triceſimi
ꝑmi āni·vt lucas·Et ip̄e ih̄s erat incipiēs q̄ſi
annoꝝ·xxx·Et ideo hec apparicō diciť theopha
nia a theos·quod eſt deꝰ·⁊ phanos qđ eſt ap
paricio·quia ibi tota trinitas apparuit·pater
i voce ⁊ filiꝰ in carne·ſpiritꝰ in coluba·Quidā
aūt heretici dixerunt·ſolum in die epiphanie
baptizare debē ꝓ eo ꝙ tūc xp̄s fuit baptizatꝰ
nec dari ſpiritum·ſcilicȝ baptizato in alio die·
⁊ greci eadeȝ die baptizāt·ob q̄ heresim extir
pandam ſancti patres decreuerūt neminē·niſi
in articulo neceſſitatis eadem die baptizare de
bere· Tercia apparicō fuit·poſtea ſimiliter
eodē die anno reuoluto·cum eſſet·xxx·annorū
et triginta dieꝝ·ſcilicȝ qn̄ manifeſtauit ſe eſſe
deum per mutacōeȝ aque in vinū qđ fuit ꝑmuȝ
miraculum apertū·qđ dn̄s fecit in chana gali
lee·vel ſimpliciter ꝑmuȝ qđ fecit Et hec appa
ricō diciť bethphania a beth·quod eſt domus
et phanos qđ eſt apparicō quia iſta apparicō
facta fuit in domo in nupcijs·De hijs tribus
apparicōibꝰ fit ſolēnitas in hac die ſed qꝛ ec
cleſia non poteſt ꝑfecte đ omnibꝰ vno ⁊ eadē
die ſolēnizare Jdeo de ſtella plene exequiť et đ
alijs aliquid admiſcet·vt noteť ꝙ tres fuerūt
in illa die apparicōes·que leguntť in euāgelio
tanq̄ ſub die eadem facte· De primo miraclo
hodie fere totum cantať officiū qꝛ in ea ſpecia
liter natiuitas domini gentibus eſt notificata·
De ſecūdo duo reſponſoria cantanť·ſcȝ ꝑmuȝ·
Hodie in iordane·Et in columbe ſpecie quod a
pluribus eccleſijs poniť nouū·⁊ ideo ꝑmum et
nouum·quia baptiſma eſt ꝑmum ſacramentum
noſtre redempcōis·ꝑ qđ reformamꝰ ⁊ ſimiles
angelis efficimꝰ·quoꝝ ſunt ix·ordines Bruno
autē ſineñ·ep̄us corector officij antiphonarij·
dixit ꝙ in reſpōſorio·in colūbe ſpecie et man
vox de celo·que diciť in octaua ad laudes·non
debet eſſe verbum iſtud ipſiuȝ audite·qꝛ i bap
tiſmo non fuit hoc dictū a patre·ſȝ in trāſfigu
racōne et qui agunt feſtum trāſfiguracōis cā
tant reſpōſoriū·in quo illud ꝯtineť q·d·Ego
ſum teſtis ꝙ hic eſt ille qui ꝓmiſſus eſt i lege

deutro·xviij·vbi dixit moyſes·Prophetaȝ de
gente tua et de fratribꝰ tuis ſuſcitabit tibi de
us ipſū ⁊c·Qui autē verba eiꝰ que loquetur in
nomine meo audire noluerit ego vltor exiſtam
¶De tercio vero miraculo cuȝ alijs cātať vna
an·ſcȝ tribus miraclis·Beda etiam dicit in cō
mento ſup lucam quartam apparicōȝ factā fu
iſſe eadem die anno reuoluto cum eſſȝ·xxxi·an
noꝝ·ſcȝ in fractione·qn̄qȝ panū·⁊ ſaturatōne
quinqȝ miliū hominū·⁊ illa diciť·phagipha
nia a phagin·qđ eſt bucca ſiue cōmedere·ſed
de hac nil hodie agitur· Preterea dubitatur
vtrū hoc ꝯtigerit iſta die·tum qꝛ in originali
bede non ſic legitur·tuȝ quia io·vj·vbi de hoc
miraculo agitur dicitur·Erat autem ꝓximum
paſca ⁊c· Jdeo aūt iſtitutū fuit hac die feſtū đ
tribꝰ miraclis·quia hec dies fuit antiq̄tꝰ cele
bris in honore auguſti ceſaris ꝓpter tripliceȝ
eiꝰ triumphū quo ſuo tempe romano imperio
tres regiones ſubiugauit·ſcȝ parchiam egip
tum·et mediam· Jllam ergo celebritatē ecclia
in meliꝰ ꝯmutauit·viȝ ad celebrandū xp̄o pro
eius triplici miraculo·Jn quibuſdam eccleſijs
nō diciť hac die ad nocturnos·dn̄e la·in·a·nec
deus in adiutoriuȝ·nec gloria patri·nec ymnꝰ
ad notandum ꝓmptitudineȝ genciū·que ſtatim
ſtella apparente venerūt ex arrupto·ergo ad
nocturnos venitur·q̄ſi ip̄o facto dicat eccleſia
quibꝰ nō eſt narratū đ eo veniebāt·⁊ q̄ nō au
dierunt ꝯtemplati ſūt·pſa·lij·c·Vel pōt dici
ꝙ in hoc feſto fit ꝑcipue mencio de gētiliū cō
uerſione quos illi tres magi inicialiter ꝑceſſe
runt Quia ergo ꝯuerſio ipoꝝ gentiliū adhuc
erat imꝑfecta·quia in paucisſimis·ſcȝ in ipſis
tribꝰ magis Jdeo in ſignū huiꝰ eccleſia omit
tit cantica·que iam ꝯuerſorum ſeu ꝑfectorum
eſſe videnť·ſicut gloria patri·ymnuȝ·⁊ huiuſ
modi hac etiā de cauſa non ꝑmittiť·dn̄e labia
in·ap·nec deꝰ in adiutoriuȝ·quia ſcđm ap̄lum·
Corde crediť ad iuſticiā·ſcȝ ꝑus·ore autē con
feſſio fit ad ſalutem·ſcȝ poſtea· Inuitatori
um etiam non diciť ꝓpter·iij·raciones·Prima
ad oſtendendū ꝙ eccleſia in ꝑmicijs ſuis venit
de gentibꝰ ad dominū non inuitata vel vocata
per ꝑconē aliquē·ſed ſola ſtella duce·Juxta il
lud nemo nos ꝯduxit·vt ſic incuciať erubeſcē
cia eis qui tarde credunt cum multos habeant
ꝑdicatores·Magi eīn non vocati venerūt ado
rare criſtū Secunda vt nos qui quotidie imi
tamur et excitamꝰ ad orādum ⁊ deꝑcanduȝ deū
videamur deteſtari inuitatōem fraudulentam
herodis dicentis magis Jte et interrogate di
ligenter đ puero ⁊c· Tercia eſt cauſa·qꝛ ip̄a
res nos inuitat·ſcȝ ſtella ꝑ quam ſignificať fi
des que ducit nos ad deum·et illuminat nos in
nocte huiꝰ ſeculi· Quarta quia p̄s·venite·q̄
ideȝ dic·diciť in nocturnis ⁊ ſic idem repeti vi
dereť·licet ergo hac die nō dicať inuitatoriuȝ
tamē p̄s inuitatoriꝰ·ſcȝ·venite exultemꝰ i ter
cio nocturno ad ſeptimā antiphonam dicitur·

ad oſtendenduȝ ꝙ i tercio tempore ſcȝ gracie
ſufficiēter inuitata eſt eccleſia de gētib9 ⁊ nul
lus ſe excuſare poteſt · qꝛ in omnē terraȝ exiuit
ſonus eoꝝ · Et quia tercio tempore · ſcȝ gracie
data eſt vniformis gracia in plenitudine · Di
citur ergo ad · vij · antiphonā · ad notandū · ꝙ per
baptiſmū datur ſpirit9 ſeptiformis · Per ebdo
madam dicitᷣ inuitatoriū in pſonam magoruȝ ·
alijs que viderāt nunciancium · Leguntᷣ autem
tres lectiones de yſa · qui expꝛeſſius loquitur de
criſti natiuitate de qua · ſiue de nati apparicione
hoc feſtum eſt · Sed queritᷣ quare in quibuſ
dam eccleſijs in pꝛincipio tercij nocturni hui9 fe
ſti cantitur pſ · Deus noſter refugiū cum anti ·
fluminis ⁊c̄ · Cum ipſe pcedat in ordine pſalte
rij vltimū pſ pme nocturne · et omnes ſecunde
Reſpondēdo terciū nocturnū recolit nouū teſt ·
quod eſt temp9 gracie · quapꝓpter hoc terciuȝ
nocturnū habet in capite antiphonam · Flumi
nis que cum dicto pſalmo · nouum tangit teſt ·
⁊ ideo dict9 pſ tūc · et nō p9 dicitur · Preterea
an · ipſa hȝ alleluia qd non ponitᷣ i antiphonis
pme vel ſecūde nocturne · vt dictum eſt ſub na
tali Rurſus ideo ponitᷣ in vij · loco · quia per
tinet ad ſeptiformem gracie ſpiritum per vim
baptiſmi collatum · Sequētes etiam antiphōe
cum ſuis pſ · nouū indicant teſt · Et hij tres pſ
mōſtrant commocionē genciū cōtra pdicationeȝ
apłoꝝ · ſubuerſionē ydoloꝝ ⁊ cōuerſionē fideli
um Romana tamē eccleſia dictā antiphonā flu
minis cum ſuo pſalmo ponit in pmo nocturno
et pſ · venite in tercio · ſcd̄m rectum ordinatuȝ
et naturalē ordinē pſalmoꝝ · et cōgrue qꝛ gen
tes tempe gracie venerūt ad fideȝ · Et attēde
ꝙ antiphone in pma pꝛochia ſiue nocturna · cō
tinet ſacerdotes · et ſecunda reges in tercia vſ
ꝗ ad āgelos puenitᷣ Poſt terciū nocturnū ſta
tim cantatᷣ euāgeliū luce Factum eſt autē · in ꝗ
de baptiſmo ſaluatoris plene agit · et eius ge
neologiam deſcribit · quia vt pmiſſum eſt hoc
feſtum de natiuitate eſt · Notādū aūt eſt ꝙ ma
theus in euāgelio · Liber gnacionis enumerat
generacōeȝ illam incipiēs ab abrahā deſcēdē
do vſqȝ ad ioſeph virum marie · de qua nat9 eſt
iheſus ⁊c̄ · oſtendēs per hoc ꝙ a ſūmo celo fuit
egreſſio eius · et qualiter domin9 ad nos deſcē
dit · Similiter yſa · xj · Dona ſpiritusſancti enu
merās vltimo ponēs timoreȝ dicit et repleuit
eum ſpiritu timoris domini · Sed lucas in hoc
euāgelio Cum factum eſſet · illa enumerat aſcē
dendo · quia poſt baptiſmū eam enumerat · nec
ſiſtit eā i abrahā · ſȝ in eadē vſqȝ ad deū pcedit
p gradus ſic · ꝗ fuit heli ⁊c̄ · oſtēdens p hoc ꝙ a
baptiſmo iter eſt ad deū · ſed hoc ꝗſi p quoſdā
gradus virtutū · qui ſignificantᷣ p patres gra
datim ordinatos · ⁊ tangit filios ſecundū legē
non ſecundū naturam ſic · qui fuit nathan · qui
fuit dauid ſuple fili9 · ſcȝ adoptiu9 · Vna ergo
generacio deſcribitᷣ deſcendendo · altera aſcen
dendo · qm̄ vna carnalis · altera ſpiritualis · In
vna ponitur genuit · vbi carnalis generalis et
temporalis ſucceſſio expꝛimitur · In altera poni
tur · qui fuit vt notetᷣ ſpiritualis generacōnis
adoptacio · et deſcribitᷣ aſcēdendo · vt notetur
ſpiritualis aſcenſus · pma terminata eſt in vir
ginis ptu · ſecunda nobis inchoata eſt per bap
tiſmū Tria ergo ſūt euangelia huius ſolēnita
tis · Vnum eſt de baptiſmo · ſcȝ · Factum eſt · Se
cundū de magis · ſ · Cum nat9 eſſȝ iheſus · quod
dicitur in miſſa · ⁊ ibi dicitᷣ · ſicut enī ſcriptum ē
per pꝛophetam · ſcȝ micheam · c · v · Terciū eſt de
nupcijs · qd dicitᷣ in dominica ſequenti poſt fe
ſtum beati hilarij · Sane pmiſſa duo euange
lia de gnacōe xpi de nocte dicuntᷣ · vnū in nati
uitate · alteꝝ in epiphia · quia vtraqȝ xpi gnacō
fuit in nocte · i · obſcura ⁊ pꝛorum ſenſib9 nō in
tellecta · De hoc etiā ſub natali dictū eſt · Poſt
euāgelium eccleſia exultando dicit Te deū lau
damus · Parum ergo agitᷣ de baptiſmo domini
in nocturno officiō · ſed ſuppletᷣ i octaua · in qua
agitur de apparicione facta igitᷣ baptiſmo pre
ſertim in antiphonis laudum que oſtendunt of
ficium baptiſmi in nobis · ſcilicet vt baptizemꝰ
vt a peccatis per nrm̄ lauacrū abluamꝰ · Omes
enī vnius et ſeptimi thoni ſūt · vni9 ad notan
dum eccleſie vnitatē in qua ſolum baptiſma ꝓ
deſſe poteſt · Septimi ad notandū ꝙ in baptiſ
mo datur ſeptiformis gracia ſpiritusſancti · ul
qꝛ p baptiſmū puenitᷣ ad ſeptimam etatē quie
ſcenciū · Si enī aliquis ſtatim poſt baptiſmum
digne acceptū decedat mox recipit pmaȝ ſto
lam que datur in ſeptima etate · i · in ſecūda ve
ſpera · Antiphona vero ad magnificat eſt oc
taui thoni · quia in veſpera mundi nobis dabitᷣ
ſtola ſecūda · i · gloria corpis · ꝗ in octaua eta
te nos receptores ſperam9 · Duplex eſt enī mū
di veſpera pma eſt ſexta etas ſcd̄m ꝙ domin9
dicitur in veſpa mundi nat9 · Iuxta illd · vergē
te mundi veſpere · Secunda eſt finis mundi in
qua vel poſtꝗ dabitᷣ nobis gracia carnis & ꝗ
dicitᷣ · Ad veſperā demorabitᷣ flet9 · Nam vſqȝ
tunc erit fletus miſerie noſtre · ſed tunc erit fi
nis Dicitᷣ etiā ad horas capitulū illud Surge
et illuminare et illud ſup te ⁊ illud · Inūdacio ꝗ
ſūt yſa · lx · c · Miſſa ſiue diurnū officiū ſimilitᷣ p
tinet ad pmū pꝛincipale ⁊ pcipuū miraculū · ſcȝ
ad pmicias tēpoꝝ genciū et ad munera mago
rum · et ad xpi natiuitatē · vn̄ introit9 qui ſumi
tur de yſa · licet non ſit incōtinue eſt Ecce adue
nit ⁊c̄ · Eccleſia enī de gētilib9 electa ꝓ ſuo vo
catōis inicio gaudens grōſum laudis pconium
offert deo ꝓ ſua ſalute · d · Ecce ⁊c̄ · q · d · Ecce i
pꝛopatulo eſt ꝙ dn̄s natura dn̄ator effectu adue
nit · i · ad nos venit · i · carnē aſſumpſit · Velut al
ludam9 pſenti diei ad nos venit · i · qui in carne
latebat · per multa ſigna de9 eſſe apparuit · vt
p ſtellam · p magoꝝ munera · per vocē pater
nam · ⁊ per ſpiritūſanctū in colūba · et ꝓpter h
vtitur aduerbio demōſtrandi ecce oſtendens
apparicionē filij dei quaſi ad oculū per pmiſſa

Epiſtola· Surge et illumiare · Et graduale
Omnes de ſaba ꝛc̄ ·ſūt de eodem· et ſumuntur
de yſa ·lx·c· Et euangelium de eodem· ſcilicȝ
Cum natꝰ eſſȝ iheſus ꝛc̄·qđ eſt math·ij·c· Ex
quo ſumunẗ allā·et cōmunio· Sicut aūt matu
tino officio fit ſupplecio in octaua vt iam tactū
eſt·ita ⁊ miſſe officio ſimpliciter fit ſupplecō
Nam introitꝰ miſſe hodierne notat gaudiū gē
cium de aduentu ſaluatoris exultanciū· ⁊ ī col
lecta hortatur gētes ad ꝯtemplandā eius ſpe
ciem puenire quā ꝑ fidem cognouerunt· Reli
quū totū eſt de miraculo huiꝰ diei · ſcȝ de gen
tilibꝰ ꝑ ſtellam ductis · Non eſt etiam ꝓtermit
tendū ꝙ in ytalia in miſſa huiꝰ diei futurū pa
ſca populus annūciaẗ· Sacerdos nāqȝ vł aliꝰ
poſt offertorium dicit alta voce annuncio cari
tati veſtre gaudiū magnū qđ erit omni ꝑplō·
quia ·lxx· erit tali die·et paſca tali· In conci
lio vero brathareñ·ita legiẗ placuit vt poſt=
ꝙ omnia in cōſilio ſacerdotū fuerint ordinata
ſupuenturū ipſius anni paſca· quo kalendaꝝ
die·id eſt quo die añ vel poſt kalēdas· vł quo
ta luna debeat ſuſcipi a metropolitano epiſco=
po intimetur· ꝙ ceteri epiſcopi vel reliquꝰ cle
rus breuiculo ſubnotantes vnuſquiſqȝ in ſua ec
cleſia aduenientē natalis domini die poſt euā
gelicā lectionē populo annūcient· hoc tamen
non vbiqȝ ſeruatur· Rurſus in concilio car
thagineñ· ſtatutum eſt ·vt dies paſca formata
rum·ſcȝ literarum ſubſcriptione omnibus inti=
metur dies vero concilij ·xi· kał ·nouembris ſer
uetur· Quidam autem vltra montani epiſcopi
in ſynodo quā celebrāt die mercurij· proximio
ri feſto beati luce premiſſa annunciāt· Quidam
aſſerunt in vigilia epiphanie ieiunandum fore
eo ꝙ ſibi proprium officium appropriatur· et
alleluia in officio niſi in dominica interueniat·
ſubticetur et dicitur euangelium· defuncto he
rode· quod eſt math·ij·c·

¶ De octaua epiphanie·

IN octaua epiphanie in omni cantu et in lectio=
ne yſa· que legiẗ pro epiſtola· ſcilicet Domine
deus meus· agitur de baptiſmo· vnde ibi diciẗ
Exultēt ſolitudines iordanis Ideo quia in ior
dane vim regeneratiuā dominus contulit aqs·
inſtituendo baptiſmum ·et quia gentes que a
deo ꝓpus erant quaſi in ſolitudine deſerti·ad eū
redeūt· Octaua ergo epiphanie ſupplecōis
eſt· vt in ti· ꝓcedenti dictuȝ eſt· quia ſicut ī fe
ſto recolimꝰ· quomodo criſtus baptizatꝰ eſt·
ita in octaua rem ꝓpter ꝙ baptizatꝰ eſt· quod
antiphone illius diei oſtendunt· In octaua
igitur de ſecundo epiphanie miraculo· ſcilicet
de baptiſmo iubilaẗ· ut in an· veterē hominem
et ceteris que ſequuntur · que quia tranſlate
ſunt de greco in latinum grauius continēt in
dictamine poeoma· Et ſunt de ſeptimo thono
quia pertinent ad baptiſmū · vbi ſeptiformis
gracia ſpiritus ſancti operatur · Et ſunt nouem
quoniam per ianuam baptiſmi peruenimꝰ ad
conſorcium ix· angelorum· Sunt tamen octo ſ
hoc expreſſiꝰ agentes· propter veram octauā
ad quā baptiſma ducit· Et merito baptiſmi of
ficium ad octauam defertur· quia vicem tenet
circūciſionis· que in octaua celebratur· et can=
tatur hac die inuitatoriū· quia predicantibus
apoſtolis ad baptiſmū ſunt homines inuitati·
Quedam vero eccleſie dicunt hac die ad miſſaȝ
euangelium · venit iheſus a galilea· quod eſt
math·iij·c· Alie dicunt· vidit iohannes iheſuȝ
venientē ad ſe· quod eſt iohānis·j·c·et epiſto
lam· Surge illuminare·

¶ De prima dominica poſt epiphaniam·

DE prima dominica poſt epiphaniaȝ
ſcilicet infra octauas dicturi premit=
timus· ꝙ ab epiphania vſqȝ ad lxx·
poſſunt eſſe ſex dominice ad plus· et
vna ad minꝰ· In quibus omnibꝰ intendit eccłia
in nocturnis officijs oſtendere· apparicōeȝ do
mini vt ſtella oriaẗ in nobis que ducat nos in
bethleem ſuperiorem· et fere oīa que hoc tē
pore dicuntur ad gaudium pertinent· verūta=
men vero non niſi tres ex ipis dominicis ꝓpri=
um habent officiū· et ideo quando quatuor ſūt
ad plures ſequēs officium dicitur in quibuſdā
eccleſijs· in prima dominica poſt octauas· quā
do vero ſunt tres dominice tantū dicitur in do
minica īfra octauas· ¶ In hac ergo dominica
ſcilicȝ infra octauas monet nos eccleſia ī intro
itu vt offeramus domino aurum· quia rex re=
gum eſt· et thus quia deus deorum· et hoc idē
facit in duabus ſequentibus· Et eſt introitus·
In excelſo throno vidi ſedere virum quē ado
rat multitudo angelorum · quod ſumptum eſt
de illo loco yſa· vidi dominum ſedentem ſuper
ſolium excelſum ꝛc̄· ꝙ enim hic dicit thronum
dicit ibi ſolium· quod idem eſt · et ꝙ diciẗ hic
multitudo angeloꝝ idem eſt· etiam quod dici
tur in yſa· ꝙ angeli canebant ſanctus ſanctus
ſanctus· Sane thronus excelſus eſt eccleſia
in qua ſedet deus que monet nos vt adoremus
criſtum· ſicut verum regem· Epiſtola vero mo
net nos· vt offeramus mirram dicens· Obſecro
vos per miſericordiam dei· vt exhibeatis cor=
pora veſtra hoſtiam viuenteȝ ſanctā· deo pla
centem ꝛc̄· ad ro· xij· c· per hoc oſtenditur mir
ra· que intelligitur in carnis mortificacōe
Euangelium eſt de apparicione domini· Cū
factus eſſet iheſus annorum ·xij· Luce·ij·cap·
vbi ſequitur mater eiꝰ inuenit eum in templo
diſputantem cum ſapientibus· et docentem·
Poteſt etiaȝ dici· ꝙ ad hoc vt efficiamur thro
nus in quo dominus ſedeat· tria ſunt nobis ne=
ceſſaria mundicia carnis· humilitas mentis· et
exultacio in domino· Ad mundiciam carnis·
inuitamur in epiſtola· vbi dicitur · Obſecro
vos ꝛc̄· vt ſupra Ad humilitatem mentis in
euangelio criſti exemplo de quo ibi legitur ·
quod parentibus ſubditus erat· Ad exultacio
nem in domino in graduali in quo benedicimus

domino qui facit mirabilia ſolus · ⁊ in alleluia
et in offertorio in quo dño iubilare iubemꝰ · In
tereſt tamē inter alleluia ⁊ offertoriū · quia in
alleluia tātum ſemel dicitur · Jubilate deo om
nis terra · In offertorio autem geminatur ſub
diuerſa melodia · Ad notandū ꝙ in gaudio do
mini creſcere debemus · quia ſumꝰ miſticū cor
pus · vñ in euāgelio dicit̄ · Puer autem creſce-
bat ⁊c̄ · In ↄmunione que eſt luc · ij · notat̄ criſti
humanitas · ſecundū ꝙ̄ vocat eum filium · ⁊ q̄ſi
increpans dicit Fili quid feciſti nobis · ſic ⁊ eci
am deitas ſecūdū ꝙ̄ ipe dicit · neſciebatis quia
in hijs que ſūt patris mei oportet me eſſe

¶ De dominica ſecunda poſt epiphaniam

In hac ſecunda dominica que eſt prima poſt oc
tauas in ſequētibꝰ dominicis cantat̄ in quibuſ
dam eccleſijs ad veſperas in ſabbatis · Reſpō-
ſoriū · Peccata mea dñe ſicut ſagitte infixa ſūt
in me · ſed anteꝙ̄ vulnera generent · i me · id eſt
pc̄ta alia · ſana me ⁊c̄ · Et ꝓpter eandē cauſā dr
in reſponſorio matutinali · Domīe ne in ira tua
Oſtendit em̄ eccl̄ia ſuis filijs penas ignis pur
gatorij et inferni · quia ↄmedendus ē agnꝰ pa
ſcalis cuꝫ lactucis agreſtibꝰ ⁊ vt molam̄ inter
duas molas ſpeꝫ · ſcꝫ et timorē · Quia vero intē
dit eccl̄ia nob̄ maifeſtare fidē filij dei vt dictuꝫ
eſt · quod ſit melius per epiſtolas pauli · ⁊ p̄s ·
Jdeo legunt̄ epiſtole ⁊ pſalmi cātant̄ Omnia
em̄ fere reſponſoria ab octauis epħie vſqꝫ ad ·
· lxx · ſunt de dauid non de bellis · ſed de p̄s · In
quibus inſtruim̄ de bonis operibꝰ · quia fides
ſine operibus mortua eſt · ⁊ quia maxime i pſal
mis dei miſericordiā imploramꝰ · et ꝓpter hoc
quidā legunt · de pſalmis hoc tempe · vt ſic re
ſponſoria lectionibꝰ cōreſpondeant · ſed certe
p̄s · legi nō debēt · niſi ꝓut q̇dam faciūt triduo
ante paſca · Et nota ꝙ pene omnia reſponſo
ria dominicarū huiꝰ tempis vſqꝫ ad lxx · ſumū
tur de nocturno dominicali · ⁊ de quinqꝫ p̄s · q̇
ſecunt̄ · ſcꝫ · Deꝰ deus meus reſpice et alijs · Re
ſponſoria ſecunde ferie ſimiliter ꝺ eius noctur
no ſumunt̄ · et ita fere de omnibꝰ alijs · Epiſto
le vero pauli legunt̄ p̄mo quia ipe p̄ ceteris ꝺ
fide locutꝰ eſt · per ꝙ̄ quaſi p ſtellā xp̄s cogno
ſcitur · In illis em̄ ad penitenciam reuocamur ·
Secundo · quia ſicut ꝓphete naſciturū dominū
p̄dixerūt et maxime yſaias · vñ yſaiam añ nati-
uitatē domini legimꝰ · ita et apoſtoli deū natū
p̄dicauerīt ⁊ maxime paulꝰ qui plus alijs labo
rauit · vñ eius epiſtolas poſt natiuitatem legi
mus xp̄m natum oſtendētes · Breuiter autē no
tandū eſt ꝙ ꝑ natiuitate ſaluatoris varijs mo
dis a die natiuitatis vſqꝫ ad octauā epħie oſtē
ſa exultauimꝰ · veꝝ quia exultacōneꝫ que eſſe
debuit ſp̄ualis · pene om̄s ↄuertimꝰ in carnalē
cōmeſſacōibus ebrietatibꝰ · et iocis inutilibus
vacātes · inde eſt ꝙ in hac dominica que eſt p̄
ma poſt octauaꝫ epħie · in officio nocturno hy
ſtoriā dñe in ira ⁊c̄ · cantamꝰ in qua domini mi
ſericordiā implorāmꝰ et p̄ penitēcie lamentū
peccata deflemus · Et quia quolibet die pec
camꝰ · ideo quelibꝫ dies ſua debet habē ſpeci-
alia officia · ſcꝫ reſpōſoria · Dies ergo domini-
cus habet ſua · ſcꝫ · ix · Et ſcd̄a feria habē debet
ſua · ſcꝫ tria · et ſic ꝺ alijs · ſicut em̄ in ebdomada
ante natiuitatē ad notandū ſaluatoris deſide-
riū ſingulis diebꝰ ſingl̄a reſpōſoria ⁊ ſingl̄as
an · in laudibꝰ cantauimꝰ ita ad notandū plāc-
tum nr̄m · ⁊ deſideriū penitendi ſingl̄is diebus
poſt octauas epiphanie ꝓpria reſponſoria de-
putamꝰ · et tam in nocturnis p̄s · ꝙ̄ in laudibuſ
matutinis quolibꝫ die dicimꝰ antiphonas ſpe
ciales que feriales dicunt̄ · quia ille tantū in fe
rialibꝰ diebꝰ vel noctibus cantāt̄ · niſi feſtum
impediat excepto tempe quod ē a paſca vſqꝫ
ad octauas penth̄ · Circa miſſe officium ſciē
dum eſt ꝙ introitꝰ huiꝰ dominice eſt · Omnis
terra ⁊c̄ · Et dicitur ad idē qꝺ et aliud officiuꝫ
ſcꝫ ad oſtendendū apparicionē · Sed iſtud totū
plenū eſt hac voce · Jubilate ꝓpter innouacōꝫ
noſtram · quia nouus rex noua lex · apoc̄ · Ecce
noua facō om̄ia · Rurſus ideo i hac dominica
cantat̄ om̄is terra ⁊c̄ · qm̄ auguſtꝰ ceſar ad glo
riam imperij romani · miſit · vt de ſingl̄is ciuita
tibus orbis aliquis romā veniret afferēs inde
tantū terre quantū pugnꝰ claudere poſſet · vt
p hoc appareret om̄s romano impio fore ſub
iectos · ex qua terra facta eſt i vrbe quidā mō
titulꝰ · ſup quē fabricata fuit quedā eccleſia a
romanis ad fidē ↄuerſis · que fuit i hac domini
ca dedicata · qr ergo mōticlus ille de omni ter
ra factꝰ eſt · ideo in feſto dedicatōis illiꝰ eccle
ſie ſup illū ↄſtructe cātatur omnis terra ⁊c̄ · ⁊
ſicut ceſar auguſtꝰ ab oibꝰ mūdi partibꝰ ado-
rabat̄ · a quibꝰ terra illa apportata fuit · ita de
us ab omni terra · i · ab om̄ibꝰ homībꝰ · ſiue ab
omni gñe hominū adorat̄ · Beatꝰ q̄ꝫ greg ·
tali die pacem fecit in orbe · et ꝓpter hoc in col
lecta huiꝰ diei poſuit · ⁊ pacem tuā nr̄is ↄcede
temporibꝰ · hāc igit̄ pacē · et xp̄i verā adoraci
onē opatur vera dilectō ꝓximi ad quā inuita
mur in ep̄l̄a habentes donacōnes ⁊c̄ · ad ro · xij
c · in q̄ monem̄ vt donacōnes a xp̄o habitas ad
alioꝝ edificatōeꝫ exerceamus · vñ ibi dicit̄ ne-
ceſſitatibꝰ ſanctoꝝ ↄmunicātes Ad idē etiā
i euāgelio inuitam̄ exēplo dñi · qui ſicut ibi le-
git̄ in nupcijs mutās aquaꝫ in vinū · et magna
miracl̄a faciēs neceſſitatibꝰ eoꝝ ſubuenit · q̄ꝝ
intererat cōuiuātibꝰ miniſtrare · Sed ep̄l̄a nō
videt̄ ↄuenire miniſterio euangelij · qꝺ ē nup
cie facte ſunt in chana galilee · io · ij · c · Sed bñ
cōuenit · qr ad cōfirmacōeꝫ nr̄am facta ſūt mi-
racula ⁊ dona data nob̄ ⁊ tanꝙ̄ in nupcijs ſpi
ritualibꝰ apponit ap̄lus xx · fercula p̄ncipalia ·
dicēs · ſiue ꝓphecia ſcd̄m racionē fidei ⁊c̄ · Cha-
na em̄ zelꝰ interp̄tat̄ · galilea trāſmigracio · ꝙ
igit̄ nupcie facte ſunt in chana galilee ſignifi
cat ꝙ in corde illiꝰ qui celū · i · ardenteꝫ amorē
habet tranſmigrandi de vicijs ad virtutes · de
mūdo ad patreꝫ · de terra ad celū ſiunt nupcie

et xp̄us dñs ibi eſt cum matre ſua ·hoc eſt em̄
de ꝑmis leticijs·in illo corde vbi ſiunt nupcie·
q̄ xp̄s natus eſt de virgine·ibi mutat̄ aqua in
vinum·i·inſipiditas oportet in leticiā ſpūalē
Ad has ſiqdeʒ nupcias celebrādas Innoc̄·pa
pa·iij·ſtatuit hac die ſtacōʒ apud venerabile
hoſpitale ſpiritusſancti fieri·ubi tāq̄ in chana
galilee eſt celus trāſmigrādi de vicijs ad vir=
tutes ibi ſiquidē poſite ſunt ſex ydrie id eſt in
ſtituta ſūt et pfectiſſime exercenē ſex opa miſe
ricordie que ſūt paſcere eſuriētem·potare ſici=
entē·colligere hoſpitē·veſtire nudū·viſitare
infirmum·adire incarceratum·ꝛ eſt ibi mater
ihesu·qm̄ in honorē beatiſſime marie virginiſ
illius loci eſt eccleſia dedicata·Inuitat̄ etiā ꝛ
filius ihesus cum diſcipliſ ad has nupcias qm̄
effigies ihu xp̄i·que ſudariū ſiue veronica vul
gariter appellat̄·hac die ex inſtitutōe eiuſdem
innoc̄·a domino papa et cardinalibꝰ populis
fidelibꝰ·ad has nupcias pietatis ꝛ miſericor=
die celebrandas·illic cōuenientibꝰ ibi ſolēnit̄
demōſtrat̄ In offertorio autē q̄ſi ꝓ gaudio
coreizamus·qđ ſpūalis facit ebrietas·gemi=
nantes verba tam in offertorio quā in eiꝰ ver
ſibus Gemmam ꝯem̄ illud Iubilate deo omnis
terra ſimiliter illud·reddam tibi vota mea·et
illud·locutū eſt os meum in tribulatōne mea·
Duo enim ſūt genera hoim ꝟba gemmāciū
vel multiplicantiū·ſcʒ coreizantes ꝛ infirman
tes ſiue afflicti·Coreizātes vt hic infirmātes·
vt in verſibꝰ ipꝰius offertorij·vir erat in terra
quod cantat̄ in dominica xxj·poſt penth·Sed
in hoc eſt differencia·qūia hic tam in offerto=
rio·quam in verſibus duplicamꝰ verba·ibi ve
ro tantū in verſibꝰ quaſi ridiculoſe gemmant̄
Et eſt racio quia inſtitutor officij loquit̄ ibi in
offertorio tanq̄ hyſtoriographus rem ſimplici=
ter narrans·et tanquaʒ non egrotās de iob in
tercia pſona loquēs·Cuiꝰ paciencia nob̄ in ex
emplum ꝯmendat̄·in verſibꝰ vero eiuſdem of
fertorij loquit̄ tāq̄ infirmꝰ ꝑ dolore multipli
cans ꝟba dicens vtinā apprehēderent̄ pcta ꝛc̄
Egrotanti em̄ loqui conāti·verba intercipiūt̄
et ſepe incepta vix efferunt̄·reducēs nobis ad
memoriam iob·egrotātē et dolētem·cuiꝰ ꝟba
ſepe repetit more egrotātis·cū anhelitꝰ non
eſt ſanꝰ neqʒ fortis·ꝛ iđo impfecta ſepe repe
tere ſolet·geminant̄ etiaʒ verba in offertorio
quod dicit̄ in dominica q̄nquageſime·et i illo
quod dicit̄ feria q̄nta poſt ſecundā dominicaʒ
quadrageſime Ideo autē hoc ꝑcipue fit in of=
fertorio·quia i eo ꝑcipue oſtendit̄ offerentis
affectus·In poſtcōmunione dicit dñs·jo·ij·c·
Miſtice oſtendit q̄ dominꝰ aquam in vinū mu
tat in nobis·ſcʒ aquam timoris in vinū diuini
amoris·aquā litere in vinū ſpūalis intelligen
cie aquā mortalitatis in vinū immortalitatis

De dominica tercia poſt ephiam·

Tercia dominica poſt epiphaniam·nos
monet adorare cum angelis vnuʒ regē
d·in introitu·Adorate dominuʒ omnes angeli
eius ꝛc̄·Monet etiaʒ nos adorare cum ipis·qr
dixit iohi angelꝰ in apoc̄·Conſeruꝰ tuus ſum
et fratrum tuoꝝ·ſequit̄ ibi·Audiuit et letata
eſt ſyon id eſt eccleſia·Et nota q̄ iſte introituſ
habʒ in ſe feſtū yppapātis·q̄n eſt ſenſus ab oc
taua ſemp vel ipm ꝯtingit·niſi·lxx·impediat·
Inde eſt q̄ verba huius introitus cum verbis
inuitatorij illiꝰ feſtiuitatis cōueniunt·in itro
itu nāqʒ dicitur·Audiuit et letata eſt ſyon·In
inuitatorio vero dicit̄·gaude ꝛ letare ſyon oc
currens deo tuo·quibꝰ etiā ꝯueniunt verba re
ſponſorij illiꝰ feſti·ſcʒ·Adorna thalamū tuuʒ
ſyon·Euangeliū·cum deſcendiſſʒ ihs·math·
viij·c·eſt de ſanacōe leproſi·vbi dicit̄·Domi
ne·ſi vis potes me mūdare·ecce fides·vn̄ dixit
ei·volo mūdare·Sed epiſtola que eſt·Noli
te eſſe prudentes ꝛc̄·ad ro·xij·c·nō videt̄ con
cordare euāgelio·ſed bene ꝯcordat et ꝯpetit
miſtico ſenſui vel intellectui iſtā ſanacō leproſi
ſignificat·q̄ deꝰ vult ſanare nos a lepra vola=
tili·que eſt heretica prauitas que euolat per
totum mūdum et ab omni alia lepra·i·ab omni
peccato per ſtellam·i·p fidē natiuitatis ꝛ ap
paricōis·huic intellectui cōcordat epiſtola et
ꝑmam leprā remouet·cuʒ dicit·Nolite eſſe pru
dentes apud voſmetipos·ꝛc̄·hoc ſolum eſt cau
ſa hereſis·q̄ homo ꝓprio ſenſui vult inniti in i
telligēcia ſcripturaꝝ·Aliam lepraʒ remouet
cum dicit·Nulli malum ꝓ malo reddentes Sed
ſi eſurierit inimicꝰ tuꝰ ciba illum ꝛc̄·Pōt eciaʒ
dici q̄ in officio huiꝰ dominice inuitant̄ ange=
li ad domini oracōeʒ pro ſua reintegratōne q̄
eſt in conuerſione iudeoruʒ et gentilium·vn̄ in
graduali cauſa reddit̄ Ad cōuerſionē gentiliū
pertinet quod dicit̄·Timebūt gētes nomē tu
um ꝛc̄·Ad cōuerſionē iudeoꝝ qđ dicit̄·qr edi
ficabit dominꝰ ſyon·ꝓ hac reintegracione dicit̄
in alleluia·Adorate dominū omnes angeli eiꝰ
Ad idem etiam ptinet euāgelium quo agit̄ de
curacione leproſi·ſub figura iudaici populi·ꝛ
de curacōe cēturionis·ſub figura gentilis po
puli a domino ſpiritualiter curati et cum vtri
uſqʒ populi curatōʒ opatur dilectio ꝓximi·j ō
i epiſtola inuitamur ad eam vbi dicit̄ ne redda
mus maluʒ ꝓ malo·ſed bona corā deo et homi
nibꝰ exhibeamꝰ In offertorio eccřia ꝺ vtroqʒ
pplo collecta deum laudat dicens·dextera dn̄i
fecit virtutē ꝛc̄·Et quia xp̄s vſqʒ in diem iu=
dicij quātum eſt ad corpꝰ miſticū ſemp agetur
Ideo cantat̄ ꝯmunio in pluribꝰ eccleſijs·puer
ihesus creſcebat ꝛc̄·licʒ in alijs dicat̄·Mirabā
tur omnes luce·iiij·c·xp̄s em̄ puulus fuit cum
paucis iudeis cōgnoſcebat̄·et creuit quia non
tantū a iudeis·ſed etiam a gētibꝰ ꝯgnitus eſt·
Illud aūt mirabāt̄ omnes ꝛc̄·Satis bene ꝯ
uenit·quia iudei ꝛ gētiles videntes mirabilia
eius ꝛ audientes dona ammirātes cōuertebāt̄
Sane officia ꝑcedentiū trium dominicaꝝ qui
daʒ referūt ad tres annos quibꝰ dicūt domi nū

poſt baptiſmuꝫ predicaſſe et diuinitatem ſuaꝫ
miraculis declaraſſe·dicunt em̄ eum tribus an=
nis p̄dicaſſe ⁊ parte quarti anni quantuꝫ eſt a
natiuitate vſqꝫ ad paſſionē p̄mū officium refe
runt ad hoc ꝙ angeli legunt̄ miniſtraſſe domi
no poſt baptiſmum· et poſt ieiuniū· ⁊ poſt dy
aboli temtacionem· vn̄ i officio illo dicit̄· quā
adorat angeloꝝ multitudo· quia ergo ange
li in principio iſtoꝝ trium annoꝝ ſtatim poſt
baptiſmū poſt temtacōeꝫ angeli acceſſerunt et
miniſtrātes·Ideo poſt epiphaniā in domica
que occurrit infra octauas cantat̄ in introitu·
in excelſo·Et legit̄ euangeliū·cum factus eſſet
ih̄s ānoꝝ xij·Et bene ꝯgruit·vt illud pꝯ duo
decimā dieꝫ natiuitatis ꝓxima dominica legat̄
ꝙ poſt anno xij·ꝯſtat eſſe pactum·et ſi neceſſe
fuerit etiam in ſequenti dominica repetatur·
Secundum officiū dicunt eſſe de miraculis·q̄a
in ſecūdo anno miraculis manifeſtꝯ coruſcauit
et ideo in ſc̄da dominica legitur epiſtola ī qua
graciaruꝫ dona ſcribunt̄·Et euāgeliū de inicio
ſignoꝝ domini recitat̄ quod etiam ea cōgruit
racione·quia hoc miraculū ſecundo baptiſma
tis anno legit̄ eſſe pactum quo qꝛ litere in ſpi=
ritū ḟre i celū corruptibil̄ incorruptibile muta
cio figurat̄·ideo qꝺ om̄is terra adoret i intro
itu iubilat̄·Tercium officium dicunt eſſe de cō
uerſione genciū et iudeoꝝ ꝓut iam dictuꝫ eſt
quia em̄ in tercio āno ſua nos paſſione redemit
per quā vtrūqꝫ populū ab eterna infirmitate
curauit·ideo legit̄ euangeliū de infirmo ⁊ le=
proſo curati ꝓpter qꝺ fit in cantibꝯ verboruꝫ
geminacio·vt in introitu letata eſt ſyon·et·e·
f·i·⁊ in graduali timebunt gētes ⁊ reges·⁊ i
alleluia exultet terra·et letent̄ inſule·et in of
fertorio·dextera dn̄i·et qꝛ p vtriuſqꝫ xp̄i cura
cionē adauctus eſt numerus angeloꝝ·Ido in
introitu inuitātur ad laudes cuꝫ dicit̄ adorate
qꝛ vero nō cātat̄ putridꝯ humor niſi deponat̄
ſup̄bie tumor·Ido dicit̄ in ep̄lā·vt ad exēplū
criſti pacientis et non percucientis·nō ſimus ma=
lum pro malo reddentes·Hec quidem tria offi
cia nobis inſinuant xp̄i beneficia nob̄ p̄ſtita ad
letificandū corda noſtra·vnde cātamꝯ in offer
torijs·Iubilate·Iubilādū em̄ ē ꝙ nos eduxit
de clauſtris inferni ⁊ liberauit de inferno īfe/
riori· Quartū eſt aūt euangeliū in quo agit̄
de dormicione domini in nauicula ⁊ de excitaci
one ad illam ꝑtem anni referūt in quo dn̄s obi
it ⁊ reſurrexit Dormicō nāqꝫ domini in nauicu
la eſt eius dormicio in cruce ⁊ eius excitacō eſt
eiꝯ reſurrectō·q̄ ſuoꝝ vota cicꝯ fieri exegerit
Quintum euangelium ad hoc refert̄·ꝙ poſt
domini reſurrectionē ſenſū ſuum ſuis aperuit·
vt ſcripturas intelligerent·vnde in eo grates
refert patri·qui reuelauit eas paruulis et abſcō
dit a ſapiētibus huius ſeculi·Omnes aūt ep̄le
huius temporis ad dilectionem criſti ꝑtinēt que
facit vt ſimus inuicē xp̄i membra·Vnde dicit̄ i
prima ep̄lā·ſcꝫ que legitur in prima dominica

poſt octauaꝫ ꝙ donaciones nobis a deo datas
ad edificacionē alioꝝ exerceamus In hac ſecū
da dicitur·ne malum ꝓ malo reddamꝯ·In ter
cia dicit̄ vt inuicem diligamꝯ In quarta dicit̄
vt viſera miſericordie habeamus·Quod vero
dicit in quinta·hoc facit in p̄latis humiliter ſu
biciamur exēplo criſti·qui parentibꝯ ſubiectꝯ
fuit Iterum qꝺ dicit̄ i p̄mo euāgelio·ſcꝫ qꝺ
legit̄ in p̄ma dominica poſt octauam hic aquā
nobis ꝯuertit in vinum·ꝙ in ſecūdo leprā pec
cati tollit·ꝙ in tercio dominū dormiētem exci
tat in nobis·ꝙ in quarta nob̄ ſecreto reuelat·
Poteſt etiam et aliter dici ꝙ ſicut a die natalis
vſqꝫ ad epiphaniaꝫ apparuit ex officijs hūani
tas ſaluatoris·ſic ⁊ in hijs tribꝯ dominicalibꝯ
officijs diuinitas manifeſtaret̄ eiuſdem·Nam i
p̄me dominice euāgelio dicit̄ neſciebatis quia
in hijs que patris mei ſunt oportet me eſſe·in
quo dominus manifeſte declarat ſe eſſe deū il=
lum·ſcꝫ cui miliamiliuꝫ ſeruiūt angelorū ꝓpter
quod in introitu dicitur ꝙ eum adorat angelo
rum multitudo·In ġduali collaudāt·⁊ ad idē
in alleluia et offer·terrā inuitant dicētes·Iu
bilate deo om̄is terra·Sed quia laus ſaluato
ris nō bene ſonat in labijs peccatoꝝ ideo apo
ſtolus in epiſtola p̄hortat̄·et obſecrat vite ſā
ctimoniā·Cōmunio ꝟo ꝯſonat euāgelio In
ſecunde vero dominice euāgelio dicit̄ ꝙ domi
nus ad nupcias inuitatꝯ aquā ꝯuertit in vinū
quod fuit magnū ſue diuinitatis iudicium·So
lus em̄ deꝯ poteſt naturā mutare ⁊ noſtrū cor
ruptibile in gloria repare·ꝓpter qꝺ om̄is ter
ra eum adoret pſallat et iubilet·ꝯfiteat̄ ⁊ lau
det et angelos ad laudāduꝫ inuitat·vt appa
ret in introitu ġdu·alleluia·⁊ offer·Cōmunio
vero ꝯſonat euāgelio·In tercie dominice euā
gelio dicens dominus volo mundare·benigni=
tatē et partē ſue diuinitatis oſtēdit·vn̄ lepro
ſus mūdatꝯ·q̄ſi cor aulatam angelos q̄ hoīes
ad dominū adorandū inuitat dicens in introi=
tu·Adorate dominū et in graduali·Timebūt
gentes in all̄a vero et in offertorio dicēs·dex=
tra domini cauſā reddit·Cōmunio ꝯſonat euā=
gelio·Ecce q̄ euidenter in hijs tribus domini=
calibus officijs diuinitas apparet que vt p̄miſ
ſum ē tres ſūt·qꝛ tribꝯ annis dominꝯ p̄dicauit
Sūt q̄ꝫ nōnulli q̄ totum huiꝯ temporis ſpaciū
ſcꝫ a natali vſqꝫ ad purificatōeꝫ aſcribūt infā
cie ſaluatoris·Ideoqꝫ non debent in eo vt aiunt
fieri ꝯmemoratōes ſanctoꝝ·maxime de cruce
ne obiciat̄·ne coquas edum in lacte matris·Et
ꝓpter hoc etiam in vigilijs nocturnis·d̄ nouo
legitur teſtamēto·ꝓpter p̄ſentē vitaꝫ eiuſdem
hominis xp̄i q̄ dies iſti ſignificāt· Magnus
q̄ꝫ p̄co vel p̄ceptor ſancte natiuitatis paulus·
in legenciū manꝯ accedit qui cum veteri lege
nouā conferens graciam legē ſanctoꝝ dep̄me
bat et legem fidei cum palma iuſticie ſubleua=
bat· Et eſt hoc tempꝯ quedā xl·criſti ꝯſtās
ex duobꝯ perfectis numeris·ſcilicet ex ſenario

duplicato·ꝛ xxviij·duplicatas ſenarij dupli=
cē ſigficāt pfectionez ·ſcȝ humanitatē corpꝭ
et diuīitatez anime vnitas maioris numeri ꝑ
fecti diuinitatis vnitatem· ideo ſi ut in xij· die
bus·ſcȝ qui ſūt inter natale ꝛ apparicōez ·iubi
latur de apparicōne humanitatis· ſic in xxviij·
qui ſūt ab apparicōe vſqȝ ad purificacōnez·de
apparicōe diuinitatis· Hanc quadrageſimā cū
gaudio celebramus· quia criſti incarnacō fuit
gaudium angelorum ꝛ hominum· poſtꝙ quā=
drageſimā ſequiē ypapāti· id eſt p̄ſentacō do=
mini i templum per quam excitamur ad p̄ſētā
dum nos deo patri· Quadrageſima ergo dies
p̄ſentez ſtatū demōſtrāt eccleſie Vbi ꝑ ꝗtuor
mundi ꝑtes ſatagamꝰ vt decalogū impleamꝰ
id eſt iuſte et pie viuamꝰ in hoc ſeculo expec=
tantes beatam ſpem et aduentuȝ glorie magni
dei· in qua p̄ſentacōe apparebit nob dn̄s glori
oſus· Et ideo in hijs diebꝰ cantaē verſus· qm̄
edificabit dn̄s ſyon et videbiē in gloria ſua In
de eſt etiam ꝙ ſicut p̄miſſum eſt circa ypapāti
merito cantaē introitꝰ· Adorate· quia tūc erit
nobis facie ad faciē manifeſtū choros angelo
rum dominum adorare

De dominica quarta poſt epiphaniaȝ·

Quarta dominica poſt ephiam nō ha
bet ꝓprium officium· quia nō ſemper
ſūt quatuor ſeptimane· vſqȝ ad ſep=
tuageſimā· Habet tamē euangeliuȝ
ꝓprium qđ eſt· Aſcendente ihu in nauiculā ꝛc̄
et eſt math· viij·c· ꝛ habeē ibi quomō dominꝰ
mitigauit· et ſedauit tēpeſtatez maris· et dixit
diſcipulis ſuis· cur timetis modice fidei ꝗſi di
ceret· Modica fides eſt cauſa timoris ꝛ tempe
ſtatis cordis· qui eñ habet caritatez nichil ti
met· et hāc habet qui verā fidē habet· et ideo
de caritate ē epiſtola· Nemini eñ quicꝙ debe
atis· niſi vt inuicez diligatis ꝛc̄· que eſt ad ro·
xiij·c· Euangeliū ſignificat· ꝙ ſi xp̄s dormit
in nobis tēpeſtas oriē· qui eñ habet fidē ha
bet deum· vnde aug· Fides in te et criſtus i te
dormit igiē xp̄s in nobis· quādo in nos torpet
fides ꝛ tūc oriē tempeſtas temptacionū in cor
dibꝰ· Redit autē trāquilitas· ſi excitatur fides
que excitaē ꝑ caritatē· Et ideo in ep̄la dici hu
ius diciē· non occides· diliges ꝓximū tuū ſicut
teip̄m· Fides enim et caritas ſerenitatē faciunt
in mente hominis· Hijs tribꝰ ſentēcijs horum
triū euāgelioꝝ reformaē homo omībꝰ modis
Primo eñ mūdaē ſicut leproſus· Secundo ſe=
datur tēpeſtas tēptacionū· Tercio fiunt nup=
cie in corde ipſius· Sȝ p̄mo ponīē euangeliuȝ
de nupcijs· quia dignior eſt ille ſtatꝰ· ꝛ ſūt ibi
tres ſtatus in hominibꝰ ſecundum augmētuȝ
manifeſtacōnis criſti

De dominica quinta poſt epiphaniaȝ·

Euangeliū quinte dominice poſt epi
phaniam ſumitur de math· Confite=
bor tibi pater celi ꝛ terre ꝛc̄· in quo
oſtendiē quibꝰ deꝰ ſe manifeſtat· ſ·
paruulis et māſuetis· vñ dicit· Et reuelaſti ea
paruulis· et poſt· venite ad me omēs qui labo
ratis ꝛc̄· Et bene cōuenit ep̄la ad coll· iij· c· In
duite māſuetudinē et pietatē ꝛc̄· i· induite vos
noua veſte· vt cum nouo rege noui ſitis· Noua
eñ fecit dominꝰ oīa· Alie vero eccleſie legūt
euāgelium· Simile eſt regnū celoꝝ· quod eſt
math· xiij·c·

De dominica ſexta·

Sexta dominica· quia raro contingit
nō habet aliqđ ꝓpriū· niſi oraciones
tantūmodo ſed ei a duabus p̄cedenti
bus mutuatur

De dominica ſeptuageſime·

Poſt tempꝰ renouacōis· ſequiē tempꝰ
deuiacōnis· ſcȝ tempꝰ penitencie· qđ
ē ſeptuageſima· Viſa nanqȝ via que
ducit in bethleem ſupiorem· ꝑ ſtellā
id eſt ꝑ fidem· penitet homo ꝙ deuiauit ab illa
Prenotandū autē eſt· ꝙ ſeptuageſima inſtitu
ta fuit ꝓpter tria· Primo ꝓpter redempcionem
ſabbati vel ſecunduȝ alios quinte ferie: in qua
ſancti patres ſtatuerāt ieiunari· ꝓut iā diceē·
Secūdo ꝓpter repſentacōem· qm̄ repſentat
lxx· annos babilonice captiuitatis prout iaȝ di
citur Tercio ꝓpter ſignificacōez· qm̄ ꝑ hoc
tempꝰ ſignificaē deuiacio exilium· ꝛ tribulacō
tocius humani generis ab adam vſqȝ ad finem
mundi· qđ quidē exiliū ſub reuolucōe ſeptē die
rum peragitur· ꝛ ſub ſeptē milibꝰ annoꝝ inclu
ditur per ſeptuaginta enim dies lxx· centenas
angeloꝝ intelligimꝰ Siquidē ab inicio mūdi
vſqȝ ad aſcēſionē domini ſex milia annoꝝ ꝯpu
tamꝰ Et tūc vero quicqđ tempis ſequiē vſqȝ ad
finem mundi ſub ſeptimo millenario cōprehē
dimus cuius terminū ſolus deus nouit· quia hō
deꝰ pater in ſua poſuit poteſtate· Nec mireris
deꝰ eo qđ dictum eſt de ſex milibꝰ annoꝝ· diui
ſimode eteni anni ip̄i ꝯputanē Naȝ et alij dix
erunt· ꝙ ab origine mundi fuerūt ſolum quin
qȝ milia ꝛ ducenti anni vno minꝰ vſqȝ ad xp̄i
natiuitatē· vel ſecundū alios vſqȝ ad paſſionez·
ſecūdū alios vero vſqȝ ad baptiſmū eiꝰ Alij
dixerunt ꝙ ab adam vſqȝ ad natiuitatez criſti
ſecundū carnē cōpleta fuerūt quinqȝ milia du
centi· xxviij· anni· In hiſtorijs legiē qđ ſecun=
dum ſeptuageſimā ab adā vſqȝ ad xv· annū im
perij Julij ceſaris ꝯputanē anni· q̄nquies mil=
le ducenti vigintiqn̄qȝ· Sed ſcđm hebraicā ve
ritatē ꝗtuor milia· cōputacō tamē ſex miliū an
noꝝ a methodio pocius miſtice quam cronice
eſt vera inuenta· Criſtꝰ igiē in ſexta mūdi eta
te nos ab hoc exilio i ſpe et eterne retribucōis
reddita innocēcie ſtola per baptiſmū eripuit·
Sed cōſumacio tempe noſtri exilij vtraqȝ ſto=
la pfecte decorabit vt iam diceē· Sciendum
aūt eſt qđ quinqȝ ſūt ſeptuageſime Prima ē
ſeptuageſima annoꝝ· ſ· iudaice captiuitatis· i
qua fuerūt iudei captiui in babilone lxx· annis
De ꝗ hieremias· dicit Tdemini in manu hoſtili

et ſeruietis nabuchodonoſoꝛ ſeptuaginta ānis
et eſt ſic cōſtruēdū·trademini in manu hoſtili
ſcꝫ nabuchodonoſoꝛ et ſeruietis lxx·ānis·Nō
enī nabuchodonoſor vixit tot annis· Secū-
da eſt ſeptuaginta dieꝝ que incipit in hac do
minica qua cantaꝰ circūdederūt: ꝛ terminatur
in ſabbato in albis·ſecūdum alios in paſca·ut
iam diceꝰ· Tercia ē ſeptuageſima ꝑegrina
cionis nr̄e·ſcꝫ totū tempꝰ huiꝰ vite· qđ ſeptē
dierum reuolucione agiꝰ· Quarta eſt ſeptua
geſima ebdomadaꝝ·q̄ ſimiliter incipit A circū
dederunt·Sed terminaꝰ in ſabbato· quo cāta
tur ſicientes Quinta eſt ſeptuageſima etatuꝫ
ſcꝫ ſeptem etates· quaꝝ ſunt ſex morienciū et
ſeptima quieſcēcium· Haꝝ autē ſeptuageſi-
marum due ſunt figuratiue ·ſcꝫ ſeptuageſima
etatum·ꝛ ſeptuageſima nr̄e ꝑegnacōis·Tres
ſunt figurate·ſcꝫ ſepuageſima annoꝝ dierum
et ebdomadaꝝ·De vltimis duabus ꝑmo dicen
dum eſt·Nam lxx·ebdomadaꝝ ·figurat ſeptu
ageſimā etatū ·vt ebdomada ꝓ etate ponaꝰ·
Inde eſt ꝙ i ſeptima etate anime fideliū reqe-
ſcunt·licet q̄dā ad tempꝰ ſint in purgatorio·
Et idcirco in pn̄cipio ſeptime ebdomade can-
tatur·Letare hieruſalē vbi ponūtur tria v̄ba
leticie·ſcꝫ letare·gaudentes·et exulteris· quia
ſancti in ſeptima etate gaudēt de viſione trini
tatis·Et ſecundū qđ viſū eſt doctoribꝰ·Iuxta
ſeptuageſimaꝫ ebdomadaꝝ facte ſūt ille deno
minacōes·ſ·ſeptuageſima·ſexageſima·qn̄qua
geſima ꝛ quadrageſima Vn̄ lxx·dicta eſt·quia
ſeptima eſt ab illa in q̄ cātaꝰ letare hirl'm ſexa
geſima qꝛ ſexta ē ab' illa qn̄q̄geſima qꝛ quīta ē
ab illa q̄dꝛageſima q̄ ē q̄rta Et ſi forte queraꝰ
q̄re non diciꝰ triceſima q̄ eſt tercia ab illa·Re-
ſpondeꝰ ꝙ ſecundū varios varie inchoaꝰ abſti
nencia·Naꝫ regulares incipiunt ieiunare a lxx
greci a·lx·clerici a quīquageſima ·tota milicia
criſtiana a xl·additis q̄tuoꝛ diebꝰ ebdomade ꝑ
cedētis Sed videꝰ pocius debere dici ſepte
na quam ſeptuageſima·quia ſicut dictuꝫ eſt nō
ſunt niſi ſeptem ebdomade a circūdederūt me·
vſqꝫ ad ſiciētes·Sed idcirco hoc ſit vt in hac
ſeptuageſima aliquomō reſpōdeat·ſeptuage-
ſime iudaice captiuitatis· ſicut enī mlti ex illis
autoritate tirij· qui cognominatꝰ ē xp̄s in pa
triam redierūt·ꝛ in fine om̄s ita et ante finem
ſeptuageſime etatū·que ꝑ ſeptuageſimam eb
domadaꝝ figuraꝰ·multi ad patriam ꝑ xp̄m re
dierunt·et tandē omnes redibūt Aiūt etiaꝫ
quidā ꝙ ſeptuageſima ſic diciꝰ·quia habet ex
oꝛdium lxx·dieꝝ quos ꝯtinet ſexageſima·quia
habet inicium ſexaginta dieꝝ quos cōtinet ꝛ
ſic de quinquageſima et quadrageſima ·Nūc di
camus de tribꝰ ꝑmis·Nempe·lxx·dieꝝ repſē-
tat ſeptuageſimā annoꝝ·ꝛ figurat ſeptuage
ſima·ſiue tempꝰ noſtre ꝑegrinacōis·de q̄ iā di
ceꝰ Viſum eſt autem magno impatoꝛi karo
lo·ꝙ ſeptuageſima·ſexageſima· quinq̄geſima
et quadrageſima non ꝓpter numeꝝ ſic denomi
nentur nō enī a ſeptuageſima ſunt lxx dies ſed
tantum·lxiiij·nec a ſexageſima·vſqꝫ ad paſca·
ſunt ſexaginta dies·ſed tantuꝫ quinquaginta
tres·ſed ſic dicta ſunt ꝓpter cōſequenciā nume
randi dicta ſūt hoc modo·quia enī in lege pre
ceptum erat·vt ꝑmicie et decime darenꝰ deo·
placuit ſanctis patribꝰ ſoluere decimas dieꝝ
ꝯſtituēdis ꝓ huiuſcemodi decimis quadrage
ſimam·nam ab officio inuocauit vſqꝫ ad paſca·
demptis dominicis diebꝰ ſūt triginta ſex dies
qui ſunt·decima·trecēteſima ſexageſima dieꝝ
ex quibꝰ annus ꝯſtat · Supſunt tamen quiqꝫ
dies in anno qui videntur remanere indecima
ti de quo diceꝰ ſub quarta feria quīquageſime
et eſt vocatum tempꝰ illud q̄dꝛageſima· quia
habet ſex ſeptimanas ꝑut iam dicetur·ſub pri
ma dominica q̄drageſime Theleſphoꝛꝰ ro
papa et greg̃·volētes·ꝙ clerici aliquid adice-
rent ad penſum ſācte religionis · et vt plus q̄
laici ieiunarent adicierūt ſeptimā ſeptimanam
et vocatum eſt tēpus illđ quinq̄geſima ꝓpter
duas cauſas·ſcilicꝫ·quia quinq̄ginta dies ſunt
ab eſto michi·vſqꝫ ad dieꝫ ſāctam paſce ꝛ etiā
ꝓpter ꝯſequenciā numerādi·Nam poſt lx· ſeqꝫ-
tur quīq̄geſima·Preterea ſicut ꝑ ſex ebdoma-
das ſex miſericoꝛdie opera intelliguntꝰ ſic et ꝑ
ſeptem ebdomadas ſepteꝫ modi ſignificāꝰ qui
bus crimina remittuntꝰ·ſcꝫ ꝑ baptiſmū·ꝑ mar
tirium·ꝑ elemoſinas ꝑ indulgenciā·ꝑ ꝑdicaci
onem·ꝑ caritateꝫ·et ꝑ pniam·Poſtea vero qꝛ
ꝑus ſtatutū erat ꝑ greg̃·ij·ſiue iunioꝛē· ꝙ xp̄i
ani deberēt quinta feria ieiunare·Melchiades
papa inſtituit ꝙ nemo ieiunaret in quinta fe-
ria ſic·nec i ꝑma vt ſicut prima feria ſolemnis
erat ꝓpter dn̄i reſurrectionē · ita et q̄nta feria
eſſet ꝓpter eius cenā et aſcēſionem ·Vn̄ adhuc
die ipa lacius ꝓcuranī ·Et idcirco placuit ſāc
tis patribꝰ addere octauā ebdomadā in redēp
cionē quintarū feriaꝝ·et vocatū eſt tempꝰ il-
lud lx· ꝓpter ꝯſequenciā numerandi·Naꝫ ſicut
quinq̄geſimꝰ numerꝰ quadrageſimū·ita ſexa-
geſimꝰ quinq̄geſimū omittaꝰ ·Si enī om̄s qn̄
tas ferias ꝛ primas·id eſt dies dominicos ſub
traxeris ab hoc tempe tantuꝫ q̄dꝛaginta dies
ieiunabiles reſtant·In quibꝰ nō tantum deci-
mas ſolues·ſed ieiunij dominici numeꝝ imple
bis Innoc·ꝗ papa inſtituit ·ne ſabbato ieiuna
reꝰ eo ꝙ dn̄s in ſabbato in ſepulcro quieuit in
ſignum noſtre future q̄etis in qua oīs afflictō
a nobis excludeꝰ Idem etiā ſtatuerūt melchia-
des ꝛ ſilueſter pape·ne ꝓpter abſtinentiā ſex-
te ferie natura nimis debilitareꝰ et idcirco ad
dita eſt nona ebdomada·et vocatū eſt tempus
illud lxx·ſimiliter ꝓpter conſequēciam numerā
di·Nam ſi ſubtraxeris ab hoc tempe om̄es pri
mas ferias et quintas et ſabbata et dieꝫ paſce
nō reſtant tibi niſi triginta ſex dies ·qui vt dic
tum eſt ſunt decima dieꝝ Incipit autē lxx·a
meroꝛe et terminaꝰ in leticia ſicut et paciencia
quā ſignificat ꝛ ſicut pſalmi penitencionales

Itē partē habet in triſticia et partē in leticia
ſemiplena·quoniā qui cum penitencia trāſeūt
ꝑcipiunt vitam eternā·vel animarū beatitudi
nem·vel ſaltem certā in purgatorio expecta⸗ci
onē· Itez incipit a dominica ⁊ terminat̄ in ſab
bato·eo ꝙ a manſione paradiſi noſtra captiuitas
inchoauit·et vſq3 ad futuram requiem ꝑdura
bit uel q2 qui ꝑ pc̄tm a dn̄o nr̄o receſſim9 ꝑ pe
nitēciā ad requiē reuertemꝰ ⁊ terminat̄ ſabba
to in albis·et ſic extēdit̄ per decē ebdomadas
quia per decalogū ad leticiā ꝑuenit̄ Rurſus
incipit a februario·iuxta zachariā ꝑmo·c·qui
dicit ꝙ in vndecimo mēſe ſabaoth · In ſecūdo
anno darij factum eſt ad eum v̄bū domini·ſa⸗
baoth quidē noſtra lingua vertit̄ in virgam·
ſonat em̄ auſteritatē et correctionē·q2 in hoc
tempe ſeptuageſime de peccatis nr̄is ꝑ que ſu
m9 a dyabolo captiuati nos corripe et emūda
re debemus verum ſexageſima in quarta feria
in albis quinquageſima ī die paſce quadrage⸗
ſima in cena domini terminantur nam duo dies
qui ſequuntur·et quatuor qui ſumpti ſunt de
quinquageſima ſuplet locū ſex dierꝝ dominica
rum vt ſic reſpōdeam9 ꝓ modulo noſtri ieiunij
ieiunio dn̄i·qui ieiunauit·xl·dieb9· A ſeptu
ageſima quippe vſq3 ab ſabbatum in albis ſūt·
lxx·dies ⁊ a ſexageſima vſq3 ad quartā feriaz
in albis ſūt lx·dies et ſic de alijs Decebat enim
vt ſicut tres fuerunt iſrahelitici pp̄li de capti⸗
uitate reuerſiones ꝑma ſub ſorobabel·ſecūda
et tercia ſub eſdra vt iam dicet̄·ſic et nos nr̄a
peccata deflentes·et de peccatis miſericordiā
implorātes·tres faceremꝰ terminacōes·ſcz in
ſabbato in quarta feria·⁊ in paſca·vt reuerte
mur ad gloriā triūphantis ⁊ quartam in cena
dn̄i ꝓpter quatuor euāgelia q̄ ī hijs informanꝰ
Sunt autem ſex dies inter pn̄cipiū ſeptuageſi
me ⁊ pn̄cipium ſexageſime·⁊ ſex inter pn̄cipiū
ſexageſime ⁊ qn̄quageſime·et ſex inter pn̄cipi
um quinq̄ageſime·⁊ q̄drageſime Inter finē vo
ſeptuageſime et ſexageſime duo·et inter finez
ſexageſime ⁊ quinq̄geſime duo·⁊ inter finē qn̄
quageſime ⁊ q̄drageſime duo·Similiter et ita
habem9 a pn̄cipio vnū ſenarium ⁊ a fine duos
ſenarios A fine vero habem9 duo·⁊ duplex bi
nariū·qd̄ hoc figuret alicui9 oſtēdit dicens ꝙ
vna fuit mors xp̄i·ſcz mors corpis quam per
vnum ſenariū ſignificam9· Et mors noſtra du
plex eſt·ſcz anime et corpis q̄ ſignificam9 per
duos ſenarios· Criſt9 autē per vnā ſuā mortē
duplā noſtram deſtruxit· Itez vna fuit reſur
rectō criſti·ſcz reſurrectō corpis quā ſigficat
vn9 binari9· Et noſtra redemptō dupla eſt·ſ·
reſurrectō anime a peccato et corpis a corrup
cione quā ſigficat duplex binarius· et criſtus
ſua ſimpla reſurrectione duplā nr̄am muniuit·
Septuageſima ergo temp9 iudaice captiuita⸗
tis repſentat· Siquidē nabuchodonoſor pp̄lm
iudaicum·ꝓpter eius peccata a hierl̄m in babi⸗
lonē duxit·et lxx·annis opib9 duris afflict9 ē

vbi in organis et citharis et alijs inſtrumētis
ſicut cōſueuerat in hieruſalem non cecinit di⸗
cens· Quomō cantabim9 cāticuz nouū domini
in terra aliena·ꝓmo veſtib9 miſerie fuit vſus ſi
nitis vero lx·annis cir9 qui et xp̄s dict9 eſt re
gem babiloni cū ſubiugauit pp̄loq3 redeūdi li
cenciā ꝯceſſit·vnde pars ſub ihū magno ſacer
dote cum zorobabel ad patriaz rediēs templū
hieroſolimis cū gaudio reedificauit·pars aūt
in captiuitate remāſit·vſq3 ad cōplecionē·lxx
annorꝝ·quib9 expletis·ſub dario et aſuero et
q̄daz ſub eſdra ⁊ q̄daz ſub neemia felicit̄ reuerſi
ſūt ⁊ tunc duplex gaudium habuerūt Sane mi
ſtice nabuchodonoſor eſt dyabolus·babilonia
mūdus vel infirn9·hieruſalē paradiſus popul9
genus humanū· Nabuchodonoſor a hieruſalē
populum captiuauit et dyabolus gen9 huma/
num·a paradiſo in hunc mundū·vel in infernum
deiecit·vbi lxx·annis illū affecit· vel quia pre
ſēs vita ſeptez dieruz curriculo voluit̄· vel q2
ſeptem rubib9 annorꝝ includit̄·ꝓut iam ī pn̄⸗
cipio dictum eſt· Popul9 cātica leticie ſuſpen⸗
dit·et gen9 humanū a cāticis exultacionum in
deū ſiluit pp̄lus veſtib9 miſerie vſus fuit et ge
nus humanū veſtimento maledictionis optuz
fuit Juxta illud· Fiat ſicut veſtimentū quo opi
tur popul9 poſt lx·annos·ſub ihū redijt·⁊ ge
nus humanū in ſexta etate per ihm verū ſacer
dotem remeauit·quidā ſub eſdra·quidā ſub ne
emia redierūt Eſdra interp̄tat̄ adiutor·neem a
cōſolator·quia omnes vere fideles et finita hu
ius tempis captiuitate ꝑ xp̄m adiutorē·et per
ſpiritūſāctuz ꝯſolatorē ad patriā ſūt reditu⸗
ri·et tunc duplicatū gaudiū habebunt in glo
rificatōne corpis et anie· Rurſus hec omnia
repreſētat eccleſia a ſeptuageſima vſq3 ad ſab
## De prima domica quadrageſime·R·

In hac dominica in qua cantatur· Inuocauit
me ꝛc· Incipit quadrageſima· que ſignificat
tempus penitētie ſpiritualis et vocat̄ dn̄ica

quintana· quia quinta eſt a paſca· quid autem
ſignificent quinqȝ dñice quadrageſime· dictũ
eſt in prima parte ſub ti· de picturis· Dicta eſt
autem quadrageſima ·licet in ea ſint quadra=
ginta duo dies vſqȝ ad paſca· Primo quia
eccleſia non curauit de duobȝ diebus que mi=
nucias non attẽdit· Sed ſummam numeri ponit
q̃uis ſit parum plus vel minus· Secundo quia
quadrageſima non protendit̃ niſi vſqȝ ad diẽ
cene domini· que eſt dies abſolutionis· Naȝ ꝑ
quadrageſimam bene obſeruatam· et per ve=
ram penitentiam peruenit homo ſpiritualiter
ad cenam agni· Vnde in apoka· Beatus q̃ vo=
catus eſt ad cenam nupciaꝝ agni· et ſm̃ hoc ſo=
lum ſunt xl· dies· Tercio· quia filii iſrael la=
borantes in deſerto· xl· annis cibati manna· ꝑ
quadraginta manſiones venerunt in terram
promiſſionis· quo etiam xp̃o xl· diebꝰ a deli=
ciis corporis abſtinentes verbis vite reficim̃
oracõni vacamus· vt tandeȝ per ihm̃ xpiſtũ
in terram viuentium introeamus· ſicut illi ꝑ
ihm̃ naue· id eſt per joſue in terram promiſſio
nis introducti ſunt· ·Ideo autem ſm̃ Hiero=
nimum ſunt in ea· xlii· dies· quia dominus ve=
nit ad nos per xlii· generacões computatis
iecoma patre· et iecoma filio· et ipſo domino

Sane totum tempus vite noſtre quadrage
ſima eſt· Ieiunamus autem xl· diebus· incipi
entes precedenti quarta feria· Primo ſm̃
Auguſtinum· quoniam matheus xl· generacio
nes poſuit· ad hoc enim dominus ſuo quadra
genario numero ad nos deſcendit· vt nos ad
eum noſtro quadragenario numero aſcenda=
mus· Secundo ſm̃ eundem ·quia ad hoc vt
habeamus quinquagenarium quadragena=
rio adiciendus eſt denarius· Ad hoc enim vt
perueniamus ad requiem beatam oportȝ nos
toto tempore preſentis vite laborare· Vnde et
dominus cum diſcipulis xl· diebus mãſit et pꝰ
decimam diem ſpiritumſanctũ miſit· Ieiuna
mus xl· diebus· Nam et moyſes ad accipiendũ
legem ieiunauit· xl· diebus· ſimiliter et helyas
dominus noſter q̃draginta dies ieiunauit abſ/
qȝ cibo· et hoc pro inſtitucõne et exemplo· Vñ
nõnulli vnam tantum quadrageſimam obſer=
uant· illi vero ꝓ merito ieiunauerunt· Cõmu=
mus tamẽ eſt tres quadrageſimas ſeruare· eo
ꝙ moyſes· vt tradunt hebrei ter aſcendens ad
dominum ieiunauit vel pocius· quia tres ĩ tri=
bus leguntur ieiunaſſe quadragenis· ſcilicet
moyſes· helyas· et dominus· Quare aũt xlvi·
diebus ſumus in abſtinentia· dictum eſt ſub p̃
cedenti quarta feria· Conſiderandum ẽ au=
tem ꝙ tempus quadrageſime penitentie aſcri
bitur· Penitentie autem fructus ſunt· ieiuniũ
vigilie· et alie carnis afflictões· Elemoſina
corporalis et ſpiritualis et alia miſericordie
opa· Oracio et deprecacõ et alie ſpecies cõtẽ
placõnis· fletꝰ· lacrime· et alia iſignia otricõ
nis· Ideoqȝ de his et ſimilibus ad penitentiaȝ

pertinentibus in nocturnis et diurnis officiis
hac die· et ſequentibȝ legit et cantat eccleſia
copioſe et ꝓpter hoc etiam hoc tempore dicit̃
regulariter octies in canonicis horis pſalmꝰ
ille penitencialis· Miſerere mei deus· Et eſt
notandum ꝙ propter ieiunii principium ordo
interrumpitur hiſtoriarum· Cum enim ĩ ſep
tuageſima et ſexageſima cãtatũ fuerit de adã
et in quinquageſima de Noe et abraam in hac
prima interponitur de fructibus penitentie·
·In ſecunda vero de jacobo· in tercia de joſeph
in quarta de moyſe· Antiquitus tres inſti=
tuit eccleſia ſexageſimas· de quo tactum eſt ĩ
parte prima ſub ti· de eccleſiaſticis ſacramẽtis
Sane· quia vt dictum eſt ſub quarta feria ci
nerum hoc tempus eſt milicie xpiſtiane· et in
quo dyabolus forcius contra nos inſurgit·
ideo ne homo deſperet· quaſi confortatiuum
quoddam canit eccleſia introitum· Inuocauit
me ꝛc̃· quo audito ſpe fit homo fortis· Vnde
dicit apoſtolus· Spe fortes in tribulacione
gaudentes· Et yſa· xxx· capitulo· In ſilencõ et
in ſpe erit fortitudo veſtra· Siquidem in his
duobus conſiſtit tota fortitudo hominis ſpi=
ritualis· ſcilicet in ſilencio· id eſt tumultibȝ ſe=
culi· nihil de his que ſũt ſeculi appetẽdo· et in
ſpe eterna deſiderãdo· Per epiſtolam q̃ inci
pit· hortamur vos· ii· Corinth· vi· capitulo·
Armat eccleſia milites ſuos quatuor cardiali=
bus ꝟtutibȝ· Primo fortitudine cũ dic̃· Ecce
nũc tẽpꝰ acceptabile· ecce nũc dies ſa· ꝛc̃· que
ibi de fortitudĩe dicunt̃· quia ſequitur· In om
nibus exhibeamꝰ nos ſicut dei miniſtros ĩ mul
ta paciencia· Secundo temporantia cum dicit
In caſtitate et ieiuniis multis· Tercio pruden
tia cum dicit· In ſciencia· id eſt in prudentia·
Sunt autem idem ſubiecto ſciencia et longani
mitas· quia ſciencia et longanimitate· ſcimus
conuerſari in medio praue· et peruerſe nacõis
et bonitate et ſuauitate· que eſt in ſpiritu ſan=
cto· hoc totum pro eodem ſumitur· Sequit̃
in caritate non ficta· quia omnia ſine fictõne fi
eri debent· Quarto iuſticia cum dicit· per ar
ma iuſticie· a dextris et a ſiniſtris· Poſt epi/
ſtolam ſequitur reſponſoriũ· Angelis ſuis de
us mandauit de te ꝛc̃· vt ſic ſecure homo poſſit
pugnare· Sequit̃ tractus· Qui habitat in ad=
iutorio· in quo agit de temptacõne· Tractus
vero ideo dicitur· quia ibi oſtenditur· ꝙ hec vi=
ta miſera trahitur multis doloribus et labori
bus· et quia poteſt conqueri aliquis de iequa
litate iſtius pugne· quia temptator potentiſ/
ſimus eſt· vt habetur in job· Non eſt poteſtas
ſub celo que ei valeat comparari· Et ſapientiſ
ſimus· quia multa vidit· Et crudeliſſimus quia
vt dicit hiero· Crudelis eſt et non miſerebi=
tur· homo autem infirmiſſimus et ignorãs· iõ
in ipſo tractu ponitur ſolucõ huius· quia hic
permittit deꝰ inimicum temptare· vt homo ti
meat et ad deum confugiat· quia ſcit et poteſt

et vult liberare·et ſic in ſe non ſperet·ſ; in do
qui ꝓmittit ꝙ liberabit ſi confugiat ad eum·
vult eñ deus vt homo habeat timorē de ini=
mico forti·et ſpem de promiſſionibus futuro
rum·et de dilectione dei vehemētiſſima·ergo
ſequitur ꝙ vult eum ꝓtegere queadmodum
gallina protegat pullos ſuos ex amore vehe
menti·et eſt ſpes de cuſtodia angelorum·ho=
mo autem ſi molatur inter duas molas timorē
ſcilicet et ſpem efficietur panis placēs deo·et
ſic vincet omnem temptacōnem·ſiue ſit leuis et
occulta·que dicitur timor nocturnus·ſiue le=
uis et manifeſta q̄ dicit̄ ſagitta volans in die·
ſiue ſit grauis et occulta·que dicitur negociū
perambulans in tenebris·ſiue ſit grauis et a=
perta·q̄ dicitur demonium meridianū hec q̄=
tuor genera temptacōnum vincet quilibet ſic
armatus vt dictū eſt· Sed in euangelio non
ſūt niſi tres temptacōnes·vbi dicit̄·Ductus ē
iheſus in deſertum ꝛc·Math·iiij·capitulo·et
comprehendunt̄ q̄nq; omnes temptacōes ſub
quaternario·vt dictum eſt·quandoq; ſub ter
nario vt in euangelio·q̄nq; ſub binario·vt in
eodem pſalmo inferius vbi dicitur·A laqueo
venantium·id eſt ab opere malo·et a verbo a
ſpero·id eſt a peccato oris· Temptatus autē
fuit dominus a dyabolo triplici temptacōne
ſcilicet temptacōne gule·cum dixit ei· Dic vt
lapides iſti panes fiant· Cupiditatis ſcilicet·
cum dixit·Hec omnia tibi dabo ſi procidens a
doraueris me·Et inanis glorie·ſcilicet quan=
do diabolus voluit eum deicere de pinaculo ſi
cut fecerat alijs predicatoribus multis·Et vi
cit eum dominus per autoritates ſacre ſcrip=
ture quod ſignificatum eſt·in hoc ꝙ dauid la
pidibus ſumptis de torrente deiecit goliam·
docens nos debere armari gladio verbi dei p̄
ter illa arma·quibus nos armat apoſtolus in
epiſtola hodierna vt ſic ſufficiēter ad pugnā
armati ſimus·Poteſt etiam dici ꝙ a principio
ſeptuageſime eccleſia tot tribulacōnibꝫ preſ=
ſa deſperans clamauerat· Circūdederunt me
gemitus mortis·quaſi a nulla parte euadere
poſſit·In principio vero ſexageſime·vbi etiā
de hoc dictum eſt·et dicetur in quarta domi=
nica quaſi poſita inter deſperacōnem et ſpem
clamauit· Exurge q̄re obdormis domine·In
principio quinquageſime iam deſperans cla=
mauit· Eſto mihi domine in deum ꝓtectorem
pmo deprecatiuam mutās in affirmatiuam·di
xit·dux mihi eris et enutries me· Nunc vero ī
principio quadrageſime oſtendens ſe exaudi=
tam dicit·Inuocabit me·et ego exaudiam eum·
et epiſtola dicit·In tempore placito exaudiui
te·In graduali datur nobis angelorum cuſto
dia·In tractu diuina ꝓtectio·q2 circūdamur
ſcuto veritatis·In euangelio ad exemplum ſal
uatoris ab hoſte·Triumphus·cui dicimus·
Vade retro ſathanas·In offertorio etiam di=
uina ꝓtectio vocatur cum dicit̄·Scapul' ſuis

obumbrabit tibi ꝛc· In poſtcōmunione de=
monum ſubiectio vbi dicitur·Super aſpidem
et baſiliſcum·Ab hac die vſq; ad paraſceuen
operiuntur cruces·et velum ante altare ſuſpen=
ditur·de quo in prima parte dictū eſt ſub ti·
de picturis· Hec dominica priuilegiata eſt
q2 eſt ianua et limes q̄drageſime·que repſen=
tat tempus quo filij iſrael morati ſūt in deſer=
to· Tria quidem fuerunt in populo iſrael·
quorum duo cōmemorauimus·ſcilicet peregͥ=
nacō·que fuit in egipto·quando iacob et filij
ſui profecti ſunt in egiptum· Captiuacō·que
fuit in babilone·et diſperſio·que facta fuit a
tyto et veſpaſiano·per totum mundum·quam
non cōmemorauimus·quia ab illa nunq̄m reuo
cabuntur·de qua dictum eſt·tradam eos ī ma
nu de qua non potuerunt ſurgere·In hac do=
minica ad horas dicitur capitulum·Fratres·
hortamur·ne in vacuum ꝛc·ij·Corin·vj·c·et
illud·Ecce nūc temp9 ſecūdo Corinth·vj·c·et
illud·In omnibus exhibeamus·ibidem·Et ſit
hodie ſtacō apud baſilicam lateraū·que con=
ſtructa eſt in honorem ſaluatoris et pluſq; ꝓ
phete iohannis·eo ꝙ officium hodiernū ſal=
uatoris noſtri ꝓphetice reſonat felicitatem·

De ſecunda feria·

Poſtq̄m dominus et apoſtolus arma
uerunt militem ſuum non reſtat·niſi
vt pugnet·quia hoſtes ſemper pa=
rati ſunt·quia vero per opera miſeri
cordie ſpecialiter et maxime ſit pugna iſta·iō
de ipſis eſt feria iſta·que agit de elemoſina·
Rurſus·quia onus pugne non libenter ſu=
ſcipitur·niſi intuitu premij·ideo in hac ſecun
da feria eſt introitus·Sicut oculi ſeruorum ꝛc·
et domin9 in epiſtola·Ecce ego requirā oues
meas ꝛc·que ſumpta eſt de ezechiele·xxxiiij·
oſtendit premium cum dicit·et paſcā eas·qui
enim paſcit dominum in paupe·et domin9 pa
ſcit eum·ſicut ibi legitur·In montibus iſrael·
id eſt in manſionibus eternis· Idem habet̄
per euangelium·Cum venerit filius ꝛc·math
xxv·capitulo·vbi dicitur·Venite benedicti ꝛc
Eſuriui et dediſtis mihi manducare·Debemus
autem habere oculum ad ipſum non tantum ſi
niſtrum vt reſpiciamus penas eternas et pro
pter hoc bonum faciamus·hoc enim eſſet ti=
mor ſeruilis·ſed etiam dexterum·vt conſidere
mus premia·iſtum oculum vult nobis auferre
dyabolus et nititur q̄ntum poteſt·vnde pri=
mo Reg·xj·capitulo·Rex ammonitarum no=
luit inire fed9 cum iabitis·niſi erueret eis dex
tros oculos·Similiter vult facere nobis dya
bolus vt non ſimus apti ad pugnandū ſic mi=
les qui non habet oculum dextrum·

De tercia feria·

Tercia feria agit de oracōne·et ſumit̄
introitus de pſalmo·qui eſt oracio
Domine refugium factus es nobis
Pugnamus enim orando·Vnde ihs

naue in heremo pugnabat· et moyſes orabat· merito qui pugnabat non deficiebat quia ille orando vincebat· Epiſtola vero· Querite dominum ꝛc· yſa· lv· capitulo· docet nos orare ⁊ inuitat nos ad oracōnem· querite dominum· ſcꝫ derelinquendo vicia et peccata· qꝛ multꝰ eſt ad ignoſcendum· non eñ cogitacōnes mee cogitacōnes veſtre· Que ſint vero cogitacōnes eius oſtendit hieꝛ· dicens· Ecce ego cogito cogitacōnes pacis et non afflictōnis· Si ei ex vero corde rogatur et queritur ſtatim pacificatur q̃ntumcunqꝫ deliquerit in eum homo et hoc dum inueniri poteſt· ſcilicet in preſenti Ecce oſtenditur effectus oracōnis· quia per eam homo deo pacificatur· Idem etiam habetur per euangelium· cum intraſſet· Mathei xxi· capitulo· In quo diciꝛ poſtq̃m eiecit emētes et vendentes de templo· dixit· domꝰ mea id eſt homo in quo habitat· domꝰ oracōis vocabitur· In epiſtola monemur ad petendū vt habitet in nobis· In euangelio· vt det nobꝭ eterna gaudia· Cetera que in graduali· offerenda· et poſtcōmunione cantantur ſūt querentium dominum oracōnes et conſolacōnes et graciarum actiones·

## De quarta feria

Quarta feria eſt de ieiunio· ſed qꝛ illa dies eſt ſeptima a capite ieiunij· ſeptimus autem numerus et ſeptuageſimus idem ſignificant· Idem enim ſignificat numerus multiplicatus· et numerus multiplicans· Septuageſimus vero ſignificat liberacōnem a captiuitate· ideo in introitu· q̄ eſt· Reminiſcere ꝛc· petit liberacōnem ſcilicet que habetur per ieiunium· et in epiſtola et in lectione monemur ad ieiunium exemplo moyſi et helye· Lectio que legiꝛ propter ordies ſūpta eſt· ꝺ exo· xxiiij· capitulo· aſcēde ad me ī mōtem ꝛc· Epiſtola vero de tercō· Re· xix· c· Venit helyas ꝛc· Quale autem ieiunium debeat eſſe· ſcilicet ſpirituale monſtratur nobis per ieiunium moyſi· vtilitas vero per helyam· In azimo enim cibo perueniretur vſqꝫ ad montem dei oreb· id eſt ad altitudinē menſe illiꝰ· quando comedemus ſupra menſam patris xpi ī regno ſuo· per ieiunium quidem ira dei temporatur et mitigatur· quod oſtenditur per euangeliū Math· xij· capitulo· Acceſſerunt ad ihm ꝛc· ī quo habeꝛ de minuitis qui iram dei temporauerunt per ieiunium ſuum· Et nota ꝙ ī hac feria ſolēnitas ieiunij duplicatur quia ieiunaꝛ tam racōne quadrageſime· quam racōne ieiunij quatuor temporum· quia vero penitentiū aſperius ieiunantium corpora deſiccantur· In his non habitat· ſicut dicitur in euāgelio ſpiritus immundꝰ· qui habitat per loca arida q̄rens requiem et non inuenit· Corpora enim ieiunijs deſiccata faſtidit· Ideo ad ieiunia liberius appetenda moyſi et helye premittunꝛ exempla· quorum vterqꝫ in ſingulis lectōibꝰ xl· diebus et xl· noctibus ieiunaſſe perhibenꝛ·

Itaqꝫ ꝓpter ieiunij geminacōnem· ſcilicꝫ q̄dragesime et quatuor temporum duo verſus in graduali ponuntur ea que in introitu· graduali· tractu· cōmunione· et offerenda cantantur· ſunt conſolacōnes et oracōnes· vt ieiunātes a tribulacōnibus eripiantur· et ne his qui ieiunijs affliguntur· inimici dominentur·

Hec quarta feria in hoc priuilegiata ē· qꝛ illi qui in ſabbato ſequenti ordinandi ſūt interrogantur de ſcripturis ſacris et examinantur de quo et quare due lectiones legūtur ad miſſam ſub quarta feria tercie ebdomade aduētꝰ dictum eſt·

## De quinta feria·

Quinta feria eſt de confeſſione ꝑ quā etiam pugnaꝛ· Et eſt introitus· Cōfeſſio et pulcritudo· Eſt autem triplex confeſſio· ſcilicet fidei· peccati· et humilitatis· Qui habet hāc cōfeſſionem pulcritudo eſt in cōſpectu eiꝰ· In cōſpiciēdo eñ deum humiliamꝰ nos et deo ſimiles ſumus imitando ipſum· Epiſtola vero ſcilicet· Orauit eſdras ꝛc· ſumitur de eſdra· ix· c· in qua eſt oracō eſdre et confeſſio· qui orauit ſicut etiaꝫ daniel orauit· peccauimus et iniuſte egimꝰ ꝛc et per iſtam confeſſionem meruerūt remiſſionem peccatorum· et ita oſtenditur effectꝰ cōfeſſionis· In alijs eccleſijs legiꝛ epiſtola· Factus eſt ſermo domini· Ezech· xviij· capitulo· que etiam loquitur de effectu ꝯfeſſionis· euāgelium· Egreſſus ihеſus ꝛc· Math· xv· c· eſt ꝺ muliere cananea· que per confeſſionē fidei cū dixit· Domine adiuua me· et per confeſſionem humilitatis· cum dixit· Nam et catelli ꝛc· meruit filie ſue ſanitatem· et dictum eſt ei· Mulier magna eſt fides tua· Quidam autē legunt euangeliū· in quo iudei glorïantes ꝙ eſſent filij abrahe conuincuntur non eſſe filij abrahe· quia non faciunt opera eius· ſed eſſe ex patre diabolo eius opera faciendo· Vel vt quibꝰdam moris eſt legitur euangeliū· quod alij legunt feria quinta ſequentis ebdomade ꝺ diuite· qui apud inferos cruciatur· patremqꝫ vocans et deprecans abraam· non vt filius exauditur· his conſonat illud propheticum· quod epiſtola premittitur· ꝙ ſi vir iuſtus genuerit filium ſanguinem effundentem et vniuerſa deteſtanda facientem· Ipſe quidem ī iuſticia viuet· Filius autem eius qui operatus eſt iniquitatem morte moriatur· Cetera que ſunt in introitu graduali· et offerenda· ſūt laudes ⁊ oraciones iuſti· Cōmunio panis quem ego dedero joh· vj· c· declarat vnde iuſtus viuat· ſcilicꝫ de carne xpi· Et attende ꝙ quinte ferie propria olim non habebant officia· ſed a dominicis eſtiualibus inofficiabanꝛ ⁊ eaꝝ euangelia nō

ſunt de ieiunijs inſtituta·ſed de diuite et lazaro et vidue filio ſuſcitato· olim etem̄ non ieiunabant·ſed vt in dominicis ſolemzabant·Sed poſtmodum a gregorio iunioꝛe quadrageſime fuerunt adiuncte ieiunio prout dictum eſt ſub ſeptuageſima et inofficiate·et inde eſt ꝙ varietas epiſtolarum et euangelioꝝ in quintis ferijs reperit̄·de hoc dicetur ſub qn̄ta feria ſequentis ebdomade·

¶ De ſexta feria·

In ſexta feria que eſt nona dies ieiūnij·qui numerus eſt angelicus petit eccleſia liberari ab omnibus tribulacōnibus et eſt introitus· De neceſſitatibus ꝛc̄·et fit hoc per angelos ⁊ maxime p angeluʒ magni conſilij·et ideo legitur euangeliuʒ iohān̄is· v·capitulo· Erat dies feſtus ⁊c̄·in quo dicitur· Angelus domini dſcēdit in piſcinam et mouebatur aqua et ſanabat̄ vnus·ideo vnus·quia tantum vnitas eccleſie ſanatur· Sed ne in contradictōne peccem⁹ ſicut iudei qui dicebant iſtd prouerbium proxime patres noſtri manducauerunt vuam acerbam in deſerto et dentes filioꝝ obſtuperunt id eſt nos punimur ꝓpter hoc ꝙ nō eſt iuſtū· ideo legitur epiſtola de ezechi· xviij·c· Anima que peccauerit ipſa morieť· Filius nō portabit iniquitatem patris·niſi imitetur patrem in malicia·vindicat enim dominus iniquitatē patrum in filios in his qui oderunt eos·

¶ De ſabbato·

Poſtea vero n̄ reſtat·niſi ſabbatiſm⁹ et eſt epiſtola de ſabbato mentis· Fratres hoꝛtamur vos·per ſabbatū vero mētis venitur ad ſabbatū eternitatis·Et ideo dicit̄ euangelium de transfiguracōne domini in qua apparuerunt ·tantuʒ moyſes et helyas·quoꝛum exemplo animatur eccleſia ad ieiunium· In miſſa hui⁹ diei lectio prima eſt·Orauit moyſes deutro· xxv·c· ſecunda eſt· Dixit moyſes filijs iſrael ibidē xj· capitulo·tercia eſt·Oracōʒ faciebāt·ij·mach primo c·quarta· Miſerere noſtri· eccleſiaſtici xxxvj·c·quinta eſt· Angelus domini· de qua dictum eſt ſub quarta feria tercie dominice de aduentu·Quia ergo pro oꝛandis oꝛat eccleſia cantat introitum· Intret in cōſpectu ꝛc̄· Et g̃duale·propici⁹ eſto ꝛc̄·Et ꝓtectoꝛ noſter ꝛc̄· et Conuertere domine ꝛc̄· et dirigat̄ ꝛc̄· et ad dominum cum tribularer ꝛc̄· Ad quinqꝫ lectiones flectit genua·vt quinqꝫ ſenſus oꝛdinandorum a domino dimittantur·Quia vero dyaconi et ſacerdotes tanq̄m perfectiores eternis intendere tenentur· Inde eſt ꝙ ante ſextaʒ lectionem·ſiue ante epiſtolam nō dicitur flectamus genua·ſicut nec ante euangelium hoc etiam fit propter reuerenciam apoſtolice lectionis·et propter eandem etiam cauſam ad oracionem ſuper populum genua non flectim⁹· ſꝫ ſolum capita inclinamus·Rurſus·quia multū valet deprecacō eccleſie aſſidua· quis em̄ qui non audiatur in tribulacōnibus· idcirco qn̄to loco legitur lectio de tribꝫ pueris de camino ignis liberatis·et ſequūtur graciaruʒ actōes in cantico·Benedictus es domine ꝛc̄· Quia vero officium predicatōnis etiam ad ſubdyaconum pertinꝫ·Idcirco ſequitur epiſtola pauli·prima ad theſ· vl·c·Rogamus vos corripite inquietos conſolamini puſillanimes ꝛc̄· Officium enim predicatoris eſt alios corripe et reliqua facere·que in epiſtola ipſa docent̄ et ita epiſtola ipſa pertinet ad oꝛdinatos ſaltem in ſacris·Deinde ſequitur tractus·Laudate dominum omnes gen· in quo omnes inuitantur ad dei laudem· qui miniſtros ſuos ſua miſericoꝛdia confirmat·Tractus ergo et canticum·Benedictus es ſunt oꝛdinatoꝛum·et qꝛ ſacerdotes in virum perfectum commutari debent·quoꝛum miniſterio panis et vinum trāſſubſtanciantur in coꝛpus et ſanguinem domī· Inde eſt ꝙ legitur euangelium de tranſfiguratione·Aſſumpſit ihesus petꝝ ꝛc̄· Math·xvij·c·debent enim tranſfigurari· ita ꝙ in eis non appareat niſi reſurrectio dei· Sed quia in preſenti fine tribulacōne·aut vix· aut nunq̄m eſſe poſſumus·et propterea ad dominum ſemper clamandum eſt· Inde eſt ꝙ ſequitur offertoꝛiū·domine de⁹ ſalutis me ꝛc̄·et poſtcōmunio·domine deus in te ſperaui ꝛc̄·Priuilegiatum eſt hoc ſabbatum·quia in eo oꝛdines celebrantur·

¶ De ſecunda dominica quadrageſime·

Hec ſecunda dominica intitulatur dominica vacat· pro eo ꝙ ꝓprio caret officio· Ideo autem caret officō·naʒ cum in precedenti ebdomada occurrunt quatuoꝛ tempoꝛa·in quoꝛum fine oꝛdīes celebrantur·habebat antiqua eccleſie inſtitucio·vt poſt finē diei ſabbati inciperet officiū oꝛdinum et in die dominica terminaretur ⁊ ita officium quod in fine diei ſabbati incipiebatur vſqꝫ in diem dominicam ꝓtendebat̄ ⁊ ſic tunc ipſa dominica proprio caret officō· Verꝫ q̄a difficile erat a ſexta feria vſqꝫ in diē dn̄icaʒ·nil comedere factum eſt·vt ī ſabbato oꝛdines celebrentur·et in die dominica que vacat officō officium quarte ferie precedentis repetatur· Poteſt etiam dici quod eccleſia ſuſpendit oꝛgana ſua in hac dominica que eſt quinta a lxx ad ſimilitudinem populi qui exiſtens in captiuitate· nec altare· nec templum habuit·ꝓmo oꝛgana ſua ſuſpendit· quare propꝛium non habet officium· Sicut autem dominica iſta vacat ab officio proprio ita et omnes quinte ferie quadrageſime· quondam proprio carebant officio· prout ſub quinta feria dicetur· Et attende ꝙ hec dominica vacat ſolū cantu diurno·nec vacat omnino officio·nec euangelio·⁊ ideo ſolum in graduali debet intitulari dominica vacat·et non in antiphonario nec

in euangeliario· Et in quibuſdam eccleſijs di⸗
citur euãgeliũ· Egreſſus quod dictũ eſt ĩ pri
ma quinta feria· in alijs aſſumpſit ihs petrum
Verum in precedenti dominica dictum eſt ꝙ i
pſa dominica armauit dominus militem ſuum
quatuor cardinalibus virtutibꝫ et gladio ver
bi dei· Sed quia vt premiſſum eſt in ſecũda
feria pugna non libenter ſuſcipit̃· niſi õniuꝫ
oſtendatur· Ideo agitur in hac ſecunda domi
nica de benedictione· que eſt quintuplex· ſcꝫ
benedictio liberacõnis· gracie augmenti gra⸗
cie contemplacõnis et glorie· Quia vero be⸗
nedictõ illa impetratur ꝑ oracõnem· ideo do⸗
minica iſta conſiſtit in oracõne· Vnde dicit in
introitu· Reminiſcere miſeracõnum tuaꝝ ⁊c̄·
petens cantu lugubri· liberacõnem a vicijs ⁊
peccatis et ſpiritibus immundis· hec eſt prima
oracio et prima dei benedictõ· ſcilicet liberaci
onis· In epiſtola vero que eſt· Rogamꝰ vos
⁊c̄· i· ad theſ· iiij· capitulo petit ſibi dari ſecun
dam benedictõnem· ſcilicet gracie ſiue graciaꝫ
ad bene ambulandum et bene agendum dicẽs·
hec eſt enim voluntas dei· vt digne ambule⸗
mus· vt ſciat vnuſquiſqꝫ vas ſuum poſſidere in
ſanctificacõnem· ſcilicet vt ſicut celeſte corpꝰ
et celeſtia appetat et in honore· ſcilicet vt ſit
deo dignum templum· quia fides dei et tem⸗
plum ſpiritusſancti ſunt noſtra corpora vt ait
apoſtolus· Omis qui caſte et pie viuit tẽplũ
dei eſt· et ſpiritusſancti ſedes· Et in hac ſola
dominica idẽ eſt graduale et tractꝰ eo ꝙ ipſa
tota ꝯſiſtit in oracõne liberacõnis Oracõ ex⸗
primit laborem et planctum· que duo ſignifi⸗
cantur in graduali et tractu· eſt autem gradu
ale· Tribulacõnes ⁊c̄· Tractus eſt· De neceſ
ſitatibus ⁊c̄· Alij autem dicunt tractum· dixit
dominus mulieri· qui eſt. Math· xv· capitulo

Tercia benedictio· eſt benedictõ augmenti
gracie· Quarta contemplacõnis· Quinta be⸗
nedictio glorie· Quia vero bñdictões huius
nõ habent̃ vel ꝯſeruant̃ ſine magna lucta· ideo
in nocturno officio de lucta iacob cum angelo
et in vtero agitur vt exemplo iacob ſupplante
mus fratres noſtros malos· ſcilicet ſi quid no
bis inferũt iniurie diſſimulãtes· et ſit pugna
iſta in vtero rebecce· id eſt ecclie· Rebecca eñi
gracia interpretatur· In primo reſpõſorio
in nocturnis agitur de augmento gracie· dixit
enim yſaac ad filium· tolle arma tua· pharetrã
⁊ arcum ⁊c̄· Arma predicatoris ſunt ſacre ſcri
pture· que dicuntur pharetra· quia de eis ſu⸗
muntur ſagitte ad percuciendum dyabolum·
Iacob igitur id eſt verus predicator vena⸗
tor et interficit homines bona venacõne ⁊ in
terfectione· ſcilicet per arcum ſacre ſcripture
et in ſe occidit beſtias· id eſt vicia et peccata·
ſcilicet porcum luxurie ⁊c̄· et tunc cenat cuꝫ eo
yſaac id eſt riſus· ſcilicet dominꝰ· qui delecta
tur in talibus· Sunt enim ei delicie cenare cũ
talibus· Vnde ſecundum reſponſoriuꝫ ẽ· Ecce
odor filij mei ſicut odor agri pleni· i· paradiſi
hoc etiam eſt id quod ſupra dicit apoſtolꝰ· vt
ſciat vnuſquiſqꝫ vas ſuum poſſidere in ſanctifi
cacõne et honore· Sequitur verſus· Qui ma
ledixerit ei· ſit ille maledictus· Omnes eñi qui
populo criſtiano iuimori maledicũt maledicti
ſunt· vt iudei gentiles et alij· In tercõ reſpon
ſorio dicitur· Det tibi deus de rore celi· et de
pinguedine terre abundantiam· eſto dominꝰ
fratꝝ tuoꝝ· ſeruiant tibi tribus et populi· Iſ
benedictio datur eccleſie· vt omnibꝫ populis
dominetur· Iſta vero tria reſponſoria ſũt ſep
timi thoni ad ſignificandum ꝙ ipſa eccleſia i⸗
petrat nobis graciam ſeptiformẽ ſpiritusſan⸗
cti· In ſecundo nocturno in quibuſdam ec⸗
cleſijs eſt reſponſoriũ· Si dominꝰ ⁊c̄· In cuiꝰ
verſu dicitur· iacob erexit in titulum lapidem
fundens oleum deſuper· Quod nos facimꝰ cũ
imitacõne xp̄i bona agimus· Vngimus enim
eum per fidem cum ipſum hominem plenũ gr̃⸗
cie eſſe credimus· et duo reſponſoria ſũt de p̃⸗
mo et vnũ de ſexto thono· quia de xp̄o agunt
qui eſt principium et finis· et vi· etate vnctus
fuit oleo leticie pre participibus ſuis· In ſep
timo vero reſponſorio orat iacob· Erue me de
manu fratris mei· quia valde euꝫ timeo· valde
enim debet timere ſanctus· ne corrumpatur a
malis· In octauo reſpõſorio agit̃ de bñdicti
one contemplacõnis· vnde ibi habetur de lu⸗
cta iacob cum angelo· quia per oracõnẽ debe⸗
mus luctari cum domino· donec habeamꝰ ſta⸗
tum contemplacõnis et dixit ei angelꝰ dimit
te me aurora eſt· id eſt ſatis habes fidem vel
caritatẽ vel graciam· nec debemus dimittere
donec de luctacõne contra vicia faciat nos cõ
templatiuos· quia regnum celoꝝ vim patit̃·
et violenti rapiunt illud· tũc tũt videtur ſine
nubilo peccati· Vnde in nono reſpõſorio di
cit iacob· vidi dominum facie ad faciem· id eſt
ſine nubilo peccati· non ſine velamine creatu⸗
rarum· Hac racõne eccleſia pariſienſis· dicit̃
legere hac die euangelium de tranſfiguracõ
ne que eſt benedictio glorie· et ita patꝫ ꝙ ha⸗
bita benedictione liberacõis gracie et augmẽ
ti gracie et contemplacõnis et conſiderato p̃⸗
mio glorie libenter et fortiter pugnant mili⸗
tes xp̄i·

## De ſecunda feria·

Secunda feria eſt de oracõne· Vñ in
epiſtola q̃ incipit· Orauit daniel ⁊c̄·
danielis ix· capitulo· oſtenditur q̃n
tum valet oracõ cum ieiunio· daniel
id eſt vir deſiderioꝝ orauit pro populo ſuo·
et abſtinuit a regalibꝫ cibis· et viſus eſt legu⸗
minibꝫ· et ideo exaudita ẽ oracõ eiꝰ· ſicut ei di
ctum eſt ab angelo· ſed quia nil valet· niſi que
ſit in cognicõne dei· Ideo ſequitur euangeli⸗
um iohannis viij· Ego vado et et queritis me
et nõ inuenietis dicit dominus iudeis· et iterũ

ego ſum deſurſum ₇c̄·ego nō ſum de hoc mun
do et non ↄgnouerunt eum et ideo adhuc ma
nent in peccatis ſuis·ibi itaqȝ diuidit domin⁹
ſpirituales a carnalibus·i· aquas que ſūt ſub
firmamento ab his que ſūt ſuper firmamentū
et ita huic ſecunde ferie competit opus ſecun=
de diei· et ideo introitus eſt de ſecundo thono
Carnales enim non poſſunt orare deum· quia
non ↄgnoſcunt eum· Nam qui in carne ſunt d͛o
placere non poſſunt· Nempe ea que in introi=
tu·graduali·offerenda· et ↄmunione cantan̄t
Sunt oracōnes conſolacōnes et laudes ↄuer=
ſe gentilitatis cui dn̄s exhibuit intellectum·

De tercia feria·

Tercia feria eſt de ope diei tercie·q̄d
eſt congregen̄t aque omnes in locū
vnum et terra fructificet·hoc fit qn̄
homo nō curat de voluptatibȝ car=
nis et ieiunat per caritatem ieiunium laudabi
le eſt· vt homo non ſit multum curioſus de ci=
bo corporali· vt dicitur in euangelio · Nolite
ſolliciti eſſe·ſollicitudine · id eſt ſuffocante·ſȝ
ſollicitudine prouidentie poſſum⁹ et debem⁹
Ideo introitus eſt· Tibi dixit cor meum exqui
ſiuit te·tercij thoni· propter opus tercie diei
In epiſtola vero· Factus eſt ſermo domini ₇c̄
iij· Re·xvij· capitulo·Hortatur eccleſia vt nō
ſimus multū ſolliciti· et ꝓpter hoc helyam q̄
paſtus eſt a vidua ſareptena· et a coruo ⁊ ip
ſe etiam pauit viduam dicens·Non deficiet fa=
rina ydrie·id eſt gracia de corde et oleū de le=
chito ·id eſt gracia·ſeu vnctio ſpiritualis d͛ſu=
per·hoc idem hortatur per euangeliū·ſup ca
thedraȝ moyſi ₇c̄·Math·xxiij·capitulo· vbi ſe
quitur·vnus eſt magiſter veſter·et vnus eſt
pater veſter qui in celis eſt·qui habet curam
de omnibus· Rurſus ſareptena mulier in in=
troitu affectum ad xpriſtū oſtendit dicēs· Ti
bi dixit cor meum· In graduali ſeipſā conſola
batur et hortatur dicens· Jacta co·tu· jn offe
renda miſericordiam petit· In cōmunione q̄ſi
ſecura ſe mirabilia narraturam promittit·

De q̄uarta feria·

Quarta feria eſt de penitēcia·que fe
ria eſt dies penitentie· In illa enim
traditus eſt ſaluator et oſtenditur i
epiſtola Orauit heſter ₇c̄·heſter xiij
capitulo ·qn̄tum eam oracōnem faciat efficacē
per oracō nem heſter·que cuȝ regina exiſteret
induta fuit cilicō ·⁊ per oracōnem impetrauit
ſuſpenſionem aman in patibulo· quod paraue
rat mardocheo· Quia vero penitentia concipi
tur timore iudicij·ideo de pſalmo penitenciali
qui intitulatur per octauam reſurrectōnis ·ſci
licet· Domine ne in furore·ſumitur introitus·
ne derelinquas me ₇c̄· quia vero non valet pe
nitentia·niſi imitetur xpriſtum· ideo ſequitur
euāgeliū· Aſcendēs ih̄s ⁊c̄· math·xx·capitlo

de cruce xp̄i·vbi habetur·Ecce aſcendim⁹ hie
roſolimam· et ſequitur ibidem de filijs zebedei
qui pecierunt vt vnus ſederet a dextris ⁊ ali⁹
a ſiniſtris· et dixit eis dominus· poteſtis bibe=
re calicem quem ego bibiturus ſum ₇c̄· qui nō
bibit de calice penitentie· non bibet de calice
glorie· Et poſtponit ſe xpriſtus apoſtolis in
exemplum·qui de hoc iraſcebantur·

De quinta feria·

Quinta feria eſt de piſcibus et auib⁹
id eſt de non ↄfidentibus in domino
et confidentibus in homine· de qui=
bus habetur in epiſtola· Maledict⁹
homo qui ↄfidit in homine·hiere·xvij· capi=
tulo et ponit carnem brachium ſuū ₇c̄· Et p⁹
Bn̄dictus vir qui confidit in domino· Et h̄
oſtendūtur per euangeliuȝ homo quidam ₇c̄·
Luce xvj ·quod eſt de diuite et lazaro ·Diues
enim non confidebat in dn̄o·⁊ ideo in inferno
poſitus eſt·pauper vero confidebat·et id͛o in
ſinu abrahe requieſcit· In offertorio vero
precatus eſt moyſes ₇c̄·oſtenditur q̄ oracō iu
ſti efficax eſt· Moyſes enim erat ouis· q̄r man
ſuetiſſimus hominum fuit· et eſt forma ieiunij
et placacōnem impetrauit ſuper iram qua do
minus iratus erat iudeis· propter vitulum cō
flatilem· Rurſus quidam hodie legunt euan
gelium in quo docet·dominus non in hominis
ſed ſolius dei teſtimonio cōfidendum·de ſeipo
eñ loquens ait ſm carnis fragilitatē· Si ego
teſtimonium perhibeo de memetipſo· teſtimo
nium meum non eſt verum · Et ita ab homine
teſtimonium non accipio · Et ita habeo teſti=
monium maius johanne· His conſonat premiſ
ſa lectio de hiere· Maledictus homo qui con=
fidit in homine ₇c̄·et ita· Benedictus vir·qui
confidit in domino· Confidens igitur orat in
introitu et in graduali·et etiam in offerendis
in perſona moyſi in qua fit verboruȝ repeticō
quia ſepe ad dominum pro populo interceſſit
De hoc etiam dictum eſt ſub ſecunda domini=
ca poſt epiphaniam· Communio· Qui man=
ducat Johannis vj ·capitulo·oſtendit q̄d vti=
litatis proueniat confidenti· ſcilicet q̄ in xp̄o
maneat et xpriſtus in eo· Et hec communio bn̄
congrueret ſabbato ante dominicā palmarū·
Notandum autem eſt q̄ ſicut precedens do
minica vacat ab officō ·prout ibi dictum ē ita
et omnes quinte ferie in quadrageſima q̄ndaȝ
ꝓprio carebant officio·excepta forte quita fe
ria cene domini· Illa tamen mutuat introitum
a tercia feria illam precedenti· Nam ſicut que
libet quinta feria autoritate melchiadis pa=
pe ſoluta erat a ieiunio·ita et ab officio· Vnde
beatus Gregorius· nullum in quinta feria in=
ſtituit officium· nihilominus tamen hore et
matutine ac veſpertinum officium cantaban̄t·
Vnde neceſſarium erat·vt ſuper benedict⁹ et

magnificat· antiphone de euangelijs aliorũ dierum ſumpte dicerentur· Sed gregorius ij· inſtituit ieiunium et officium quinte ferie ea tamen que prius inſtituta erant de matutinis et veſpertinis officijs nõ mutauit· et inde eſt quod antiphone que cantantur ſuper benedictus et magnificat in quintis ferijs non conſonant euangelijs illius diei de hoc in quinta feria precedentis ebdomade dictum eſt·

¶ De ſexta feria·

Sexta feria agit de opere ſexte diei· in qua factus eſt homo· et hortatur nos eccleſia ad manſuetudinem et pacienciam· vt omnem iram de cordibus noſtris remoueamus et hoc exemplo joſeph et xpi et eſt epla· dixit joſeph· Geñ· xxxvij· c· de ioſeph qui multa paſſus eſt a fratribus ſuis· et tamen ſublimatus eſt velint nolint in euangelio math· xxj· capitulo· Monemur a predicto exẽplo xpi· homo erat paterfamilias· qui plantauit vineam· id eſt iudaicum populum per doctrinam legis· Ad vltimũ miſit filium ſuum ad cultores vinee· ad quos prius miſerat ſeruos quem interfecerũt· per hoc autem ſcilicet manſuetudinem et pacientiam ſaciabimur in futuro· Vnde introitus eſt· Ego autem cum iuſticia apparebo in conſpectu tuo ſaciabor dum manifeſtabitur gloria tua· Ad tollerandas etiam perſecucões propter iuſticiam hortatur in graduali· Ad dominum cum tribularer· et in offertorio· Domine in auxilium· et cõmunione Tu domine ſeruabis·

¶ De ſabbato·

Sabbatum de conuerſiõe vel confeſſione per que homo ceſſat ab ope ſeruili· et ſic ſabatizat et recipit benedictionem a domino· qui benedixit diei ſeptimo· Ad hoc autem inſtruimur per legem domini et graciam ſpiritusſancti· Vnde introitus eſt de lege· Lex domini &c· et eſt primi thoni· quia conuerſio ad deum eſt principiũ bone vite· Vnde ſequitur conuertẽs animas teſt· Sequitur· juſticie domini recte letificantes corda· quia dant ſabbatum ſpirituale· et hec principaliter habentur per graciam quod oſtenditur per epiſtolam· Dixit rebecca &c· Geñ· xxvij· c· in qua habetur quod rebecca monit iacob vt afferret patri ſuo yſaacc duos hedos· per rebeccam gracia dei intelligitur que nos monet et inſpirat nobis offerre deo abhominacõnem de peccato et confeſſionem per hedos deſignatur· Hedus enim animal fetidum eſt· et habet carnes ſapidas· Cum enim homini fetet peccatum ſuũ confitetur illud· quod valde placet deo et angelis eius· quia gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitentiam agente· Sequitur autem in epiſtola de rore celi· id eſt de gracia celeſti· et de pinguedine terre· i· abundantia temporaliũ ſit benedictio tua· et preponit de rore celi· quia boni ſpiritualia preponunt temporalibus· et poſtea ſequitur de pinguedine terre· quia primum querite regnum dei et hec omia adicientur vobis· Boni ei omia habent· vnde apoſtolus tanquam nihil habentes et omnia poſſidentes· Mali ſimiliter petunt benedictõnem qui per eſau deſignantur· Sed quia ipſi preponunt temporalia ſpiritualibus dicitur eis· de pinguedine terre et de rore celi erit benedictio tua· et ſi enim habeant aliqua ſpiritualia· tamen preponunt eis temporalia· Sequitur reſponſorium· Bonum eſt confiteri domino &c· quaſi diceret eccleſia ex quo per conuerſionem et confeſſionem peccati et reprobacionem habetur· benedictio et temporalia et ſpiritualia bonum eſt confiteri domino· Item habetur in euangelio· Luce xv· homo quidam habuit duos filios et pecijt vnus dicens· Da mihi partem hereditatis que me contingit et diuiſit illis ſubſtanciam ſuam· et poſtquam ille conſumpſit omnia poſtea fuit tanta fames in terra ad quam venit· vt compelletur fame eẽ porcarius· id eſt ſubulcus· et dixit reuerſus ad ſe quanti mercenarij &c· Quando enim homo omia bona ſua amiſit per peccatum non habet quid comedat et permittit ita deus ipſum cadere· vt arguat eum malicia ſua· vt legitur hiere· ij· circa medium· et moriatur fame· et dicat· quanti ſcilicet in eccleſia qui habent iocunditatem mentis· et ego fame pereo· Reuertar in domũ patris mei· vnde in Exo· ix· habetur quod egipcij opellabãt filios iſrael exire de egipto· tũc recipitur et datur ei prima ſtola· id eſt gracia et ita in euangelio habetur de conuerſione· Rurſus tam in euangelio vbi agitur de duobus filijs quam in epiſtola· vbi agitur de iacob et joſeph duorum populorum iudaici· videlicet et gentilis ſignificacõ continetur iudaicus graciam ſpiritualem amittit· gentilis vero cõuerſus ad penitentiam de lege domini in introitu gloriatur et cantat· jn graduali vero confitetur et laudat· Jn offerenda oculos ſuos petit illuminari ne dormiat vt inimicus non preualeat ei·

¶ Et attende quod racõnabiliter in ſecunda quadrageſime ebdomada legitur euangeliũ de filio prodigo reuertente ad patrem· quia gentilis populus per doctrinam legis et euangelij ad creatoris cultum reuertitur et quiuis penitens per fidem et operacõnem· vel per duo precepta caritatis domino reconciliatur· Cõmunio eſt oportet te Luce· xv·

¶ De dominica tercia quadrageſime·

Tercia dominica eſt confeſſionis· et quarta refectionis· ſicut enim ſupradictum eſt· dominus in prima dominica quadrageſime· armauit militem ſuum· jn ſecunda oſtendit ei premium· animo do ergo nõ reſtat· niſi vt oſtendatur via· quia

per confeſſionem et refectōnem illuc venitur
Eſt ergo dominica iſta confeſſionis. Eſt autez
duplex confeſſio. ſcilicet peccati et laudis. q̄s
habere debet homo. per humilitatem eīm con
feſſionis expectat homo a deo omnia q̄ expe-
ctat. ſcilicet liberacōnem et donum gracie et
omīa alia bona. Vnde introitus eſt. Oculi mei
ſemp ad dominum zc. et eſt ſeptimi thoni. q̄a
p ſeptiformē graciam ſpūſſancti euellitur hō
de laqueo diaboli. Per confeſſionem eniz ſeru
tantur mala. Et ideo fit ſtacio ad ſanctum lau-
rentium qui per confeſſionem liberatus eſt. Iſ
humilitas liberauit joſeph de manibus fra-
trum ſuorum et de carcere. et ideo cantatur de
ipſo in officio nocturnali. Adhuc dominica
iſta ſexta eſt a dominica lxx. et ſexta feria do-
minus crucifixus eſt. et ideo fit mencō de paſ-
ſione. que per joſeph ſignificatur. et ita etiam
ipſi diei competunt que dicuntur. Naz xpriſt9
per humilitatem liberatus eſt ab inſidijs fra-
trum ſuorum. id eſt iudeorum. et exaltatus eſt
ī toto egipto. i. ī mūdo. et ita q̄ literaliter ac
ta ſunt. circa ioſeph ſpiritualiter ſūt facta er
ga xpriſtum et nocturnū officium. ordinem co
mitatur hiſtorie. Cum enim in precedenti do
minica cantatū fuerit de iacob in hac ſuccinit̄
de ioſeph qui venditus eſt a fratribȝ illos in
fame ditauit. et xpriſtus a iudeis crucifix9 ſua
morte humanū gen9 redemit et redimendo a
demonio liberauit. put in euāgelio legit̄ ho
dierno. Ceterum qualis debeat eſſe ↄfeſſio
oſtendit apoſtolus in epiſtola. Fratres imita
tores m. e. zc. ad Eph. v. c. Primo enim eē dȝ
in humilitate. ſcilicet vt humiliemus nos deo.
et ita in nouitate vite ambulemus. Secundo ī
perſeuerantia. ſcilicet vt homo non redeat ad
vomitum et vt infamia peccati remoueat̄. Vn̄
dicit. fornicacō autem et immundicia non no-
minent̄ in vobis zc. hoc fit p perſeuerantiam
in bona vita. Ad hoc idem hortamur in euan-
gelio in fine in quo oſtendit̄ q̄ gracia expel-
lit pcīm. Erat inquit ihesus eiciens demoniū
zc. Luce xi. et math. xiiij. ihs id eſt gracia. jſte
idem demoniacus cecus dicit̄ a matheo et be-
da. cecus inquit beda videt. mut9 loquit̄ poſ
ſeſſus a demonio liberatur. Et cū eieciſſet dmo
nium locutus eſt mutus. quia qñ data eſt ho-
mini gracia. confitetur et loquit̄ in confeſſio-
ne. Poſtmodum oſtendit dominus ſtabilitatē
regni ſui per indiuiduam caritatem et inſta-
bilitatem regni diaboli. Omne inquit regnuz
in ſeipſum diuiſum deſolabitur. et ſic regnum
diaboli et ſuorum qui diuiſi ſunt a deo deſtru
etur. Sed regnum dei manet ineternū. et ita ī
uitat omnes homines ad regnum ſuum. quod
manet. ꝓpter hoc debet homo perſeuranter
agere opera confeſſionis. quia p ea habebit̄
regnum celorum. et ideo reſponſorium eſt. Ex
urge domine non preualeat homo. id eſt dia-
bol9 q̄ nob̄ intendit auferre regnum celorum

Hoc igitur intendit eccleſia vt ſimus pfecti in
confeſſiōe et ſiſt pfecte moriam̄ abſqȝ pecca-
tis. vt per bonam vitam etiam infamia pecca
ti deleatur. ſicut dicit domin9 per hiero. Per-
dam babilonis nomen. hoc dicit quia gracia
expellit peccatum et infamiam. ſequit̄ et reli-
quias et germen babilonis ciuitatis id eſt me
moriam delectabilem. vt ſcilicet homo doleat
qñ ad memoriā reducet. Rurſus. quia ſicut
in euangelio dicit̄. Surdus audiuit. et mutus
verba dei narrauit. ideo dicit in itroitu. Ocu-
li mei ſemp ad dominū. et ne iterum deficiat.
miſericordiam implorans ſubdens. reſpice in
me et ī g̃duali. Exurge domine. deinde vox q̄n
dam multi facunda facundia cui9 os apperuit
ſapientia. preces ſuas ingeminat et decenti ſi
militudine in tractu porat dicens. Ad te do-
mine. In offerenda iam loquens predicat iu
ſticias domini rectas eo quod a ſe humiliato
demonium exierat. Sed ad iudaicum populuȝ
ſupbientem ſpiritus immundus redierat. In
cōmunione de muto fact9 orator gratulatur
q̄ ſic paſſer inuenit ſibi domū et turtur nidū.

De ſecunda feria.

In dominica precedenti dictum eſt. q̄ dominus
ſaluat per confeſſionem. In hac vero ſecun
da feria oſtenditur qd̄ dominus ſaluat etiam p
baptiſmum. ſed quia baptiſmus datur per tri-
nitatem. ideo de trinitate eſt introitus. In deo
laudabo verbum. et ponitur ibi ter hoc nomē
deus. et eſt de tercio thono. quod totum ↄtin
git propter hoc q̄ loquit̄ de trinitate. Epi
ſtola vero Naaman princeps zc. que eſt. iiij.
Reg̃. v. capitulo eſt de naaman quaȝ miſit rex
ſirie dominus ſuus ad helizeum vt ſanaret euȝ
et precepit ei vt in iordano ſe lauaret ſepcies
et fieret eius caro ſicut caro pueri. et ita factū
eſt. iordanus interp̄tatur deſcenſus humilita
tis in qua eccleſia mundari petit et hoc fac̄ ad
preceptum domini querens p humilitatez ſa-
lutem in aqua eſt inferior creatura. Poſtmo-
dum ſequitur reſponſoriū. Deus laudem meaȝ
ne tacueris. in quo eccleſia humiliat ſe per cō-
feſſionem. et eſt tercij thoni racōne p̄dicta. In
euangelio vero dixerūt pharisei ad ihm. Luc̄
iiij. capitulo. oſtendit dominus q̄ non ſūt miſ-
ſi pphete. niſi ad humiles. ſicut helizeus ad na
aman. et helyas ad viduam. et oſtendit ſuper-
biam iudeorum poſtea dicit. ihs autem tranſi-
ens per medium illorum ibat ad ſignificanduȝ
q̄ humilis ꝗ̄dq̄d ſibi fiat viā ſuā nō delinquat

De tercia feria.

Tercia feria eſt de oracione et miſeri-
cordia per que etiam ſaluat domin9
Vnde introitus eſt. Dum clamarem
ad dominū. Epiſtola vero mulier q̄-
dam zc. et eſt quarto li. Re. quarto capitulo

de vidua cui⁹ filios creditor in ſuitutē redigere contendebat. et ei⁹ vaſa oleo repleuit heliʒeus dicens ei ꝙ de parte olei redderet debitum qđ debebat et de reliquo ipſa et filij ſui viuerēt vidua ē eccl̄ia cui⁹ ſpōſus xp̄s nō ē pſens corporaliter ſiue viſibilit̄ q̄ veit ad xp̄m creditores ſunt demones. Vnde diabolus exactor dicit̄. quia pecuniam ſuā. id eſt immundiciam a nobis exigit cum vſuris. Vn̄ yſa. xiiij. c. quomodo ceſſauit exactor. qui emit tributum ſed xpriſtus per opera miſericordie liberauit nos ab huius creditore. et petitur huius liberacio in reſponſorio. Ab occultis meis munda me domine. Euangelium vero quod eſt math. xviij. c. eſt đ miſericordia. ſ. ſi peccauerit in te frater tuus corripe eum. ſi ignorat doce. ſi penitet. dimitte. non dico ſepcies. ſed ſeptuageſieſſepcies. id eſt quociens peccauerit dimitte. Rurſus vidua pro filijs ad helizeum orans. dicit in introitu Ego clamaui. et in graduali. ab occultis. denium precibus exaudita gracias agit in offerenda. dextera domini. Et docet in omunione. domine quis &c. quales ſe debeant exhibere. qui volunt oleum miſericordie. ſcilicet qui volunt requieſcere in monte ingrediantur ſine macula et operientur iuſticiā.

### De quarta feria.

In quarta feria agitur de impleciōne mandatorum per quam dominus etiam ſaluat. Sed qr per graciam eſt impleciō mandatoꝝ. ideo ē introitus. Ego autem in domino ſperabo. et eſt primi thoni. ad oſtendendum. ꝙ ſpem debemus ponere in ſolo deo. Epiſtola vero. Honora patrem &c. eſt de Exo. xx. capitulo. in q̄ ſūt inſtituta vel diſtincta precepta domini. honora patrem et matrem &c. In reſponſorio vero petitur gracia in quo oſtendit homo īfirmitatem ſuam dicens. Miſerere mei deus. q̄niaʒ infirmus ſum. quaſi diceret. non poſſum ꝑ me adimplere mandata. In euangelio. Acceſſerunt ad iheſum &c. Math. xv. capitulo. redarguit dominus iactantiam iudeoruʒ qui magis imitebantur tradicōnibus hominum q̄m dei. et reprehendebant diſcipulos domini de tradicōnibus legis. vel ſeniorum. Quibus dominus dixit ypocrite &c. Non lotis manibus manducare. non coinquinat hominem et oſtendit per que ſaluamur ⁊ iuſtificamur. In hac quarta feria fit primo ſcrutinium. prout in quarta feria dicetur.

### De quinta feria.

In quinta feria oſtendit eccleſia non eſſe ſalutē niſi a domino et maxime per virtutes. Vnde introitus eſt. Salus populi ego ſuʒ &c. et eſt q̄r tithoni. propter quatuor cardinales virtutes. Epiſtola vero. Factum eſt verbuʒ &c. eſt de hiere. vij. capitulo. vbi dicit̄. bōnas facite vias veſtras et ſtudia veſtra. et hoc ꝙp̄ē bona opera virtutum. et reprehenduntur iudei qui credebant ſe non poſſe damnari q̄a habebant domini templum. et omnes alios damnatos eſſe dicebant. Vnde ſequitur reſponſorium. Oculi oim. oſtendens. ꝙ ī ſolo deo ſperādum eſt. Euangelium vero. Surgens ih̄s. Luce. iiij. capitulo. eſt de ſanacōne ſocrus petri. per quod oſtenditur ꝙ in ſolo deo ſperandum eſt. quia ab ipſo et per ipſum ſalus mentis et corporis eſt. In alijs vero eccleſijs legit̄ euangelium ſequentis dominice. Abijt ih̄s ⁊c̄. et aliter incipit. operamini in quo improperat domin⁹ turbe ꝙ magis curabāt de ſalute corporis q̄m mentis. quoniam voluerunt eum facere regem poſt miraculum factum de ſaturatiōe quinqʒmilium hominum de duobus piſcibus et quinqʒ panibus et hortatur eos dicēs Operamini non cibum qui perit. ſed qui ꝑmanet in vitam eternam. Cui congrue premittitur premiſſa lectio hiere. vbi dominus ꝓmittit ſe habiturum cum eis et ſic quaſi regem futurum eorum qui talem cibum fuerunt operati. vt calumniam non faciant innocentem &c. ſāguinem non effundant &c. Rurſus introitus. ſcilicet ſalus populi. vox eſt domini populum conſolantis. Graduale. offertorium et communio. voces ſunt populi đ regis gracia confidentis. In hac autem quinta feria in q̄ agitur đ ſalute fit ſtacō ad ſanctos coſmam ⁊ damianum. qui medici fuerunt et homines corporaliter et ſpiritualiter ſanabant. ideo de ipſis fit mencio in collecta.

### De ſexta feria.

In ſexta feria que eſt dies crucis oſtenditur ꝙ per crucem eſt ſalus. Vnde introitus eſt. Fac mecum ſignum in bōnum. id eſt crucem maiorē caritatem nemo habet. i. maius ſignū caritatis q̄m vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Epiſtola vero. cōuenerūt &c. que eſt numeri. xx. capitulo. eſt de moyſe. qui bis percuſſit petram et fluxerunt aque. vt biberēt homies et iumenta. per binam percuſſioneʒ duo ligna crucis intellige. petra xpriſtus ē. et fluxerūt aque doctrinarum et graciarum. vt poſſit bibere totum genus humanum. Reſponſorium eſt. In deo ſperauit cor meū et adiu. ſum. quia in ſola cruce perfecta eſt humani generis ſaluacio. In euangelio vero. venit iheſus in ciuitatem &c. iohannis quarto capitulo. Oſtendit dominus. ꝙ non ſolum pro nobis crucē ſuſtinuit. ſed et multos alios labores. Vnde ſequitur ibi. Iheſus ergo fatigatus ab itinere &c. et dicuntur ibi octo in quibus inſtruxit dn̄s ſamaritanam. que patent in euangelio. ⁊ iđo reſponſorium eſt octaui thoni. Communio eſt qui bibit. iohannis. iiij. capitulo.

De ſabbato ·
In ſabbato vero oſtendit̄ ꝙ dn̄s ſaluat per iu/
ſticiam et miſericordiā· Vn̄ epiſtola· Erat vir
danielis· xiij· c· Loquit̄ de ſuſāna que ſaluata ē
per iuſticiam· Euāgelium eſt de muliere d̄p̄
henſa in adulterio quam dn̄s liberauit per mi
ſericordiam· Ecce quō euangelium et epiſtola
ↄcordant· quia ergo adultera in euangelio ſal
uata eſt per miſericordiā· idō videns eccleſia
infirmitatem filioꝝ ſuoꝝ petit ſe liberari per
miſericordiam in introitu dicēs· Verba mea au
ribus percipe· et eſt quinti toni ꝓpter quinqꝫ
q̄ ponunt̄ in collecta que eſt talis· Preſta que
ſumꝰ oīpotens deus ut qui ſe affligendo carnē
ab alimentis abſtinent· ſectādo iuſticiam a cul
pa ieiunent · i · a delectacione quinqꝫ ſenſuum
ſicut daniel· ſuſanna et joachim· miſericordiā
dei non ↄſequentur qui ſic non ieiunant· Se
q̄t̄ vſus· itroitꝰ ſemiplenꝰ ſcilicet· rex meꝰ et
deus meus· Et ideo notādū̄ eſt ꝙ in introitibꝫ
aliquando duplex verſus ponitur aliquando
dimidius frequencius vnus· duplex ut in intro
itu defunctorum· Requiem verſus· Te decꝫ ꝛc̄
et alius exaudi oracionem ꝛc̄· Quia oramꝰ pro
defunctis· propter ſtolam corporis et anime
quas rogamus eis dari· Dicit̄ eciā tūc ſcd̄s v/
ſus qꝛ ſuccedit in locum illiꝰ vſus gloria pr̄i
qui in officio defunctoꝝ tacetur· ꝓ eo ꝙ mor
tui trinitatem vlterius laudare nequeūt ad cu
ius laudem ꝑtinet ipſe verſus · Sepius vero
vnꝰ d̄r quia ad vnum tm̄ ſcilicet ad deum ver
tere nos debemus· Dimidiuſ autem h̄ ponitur
qꝛ q̄ miſc̄diam dei impetrat· ſuam debet imper
fectionem in operibus cōfiteri· pſalmus enim
opus ſignificat· Poſt epiſtolā ſeq̄tur reſpō
ſorium· Si ambulem ꝛc̄· ꝙ ſic ei reſpondet quē
dominus liberat nullus ei nocere poteſt · igit̄
ſi ambulem in medio vmbre mortis nō timebo
mala ꝛc̄· vmbra mortis eſt mors tēpalis quaſi
diceret et ſi tranſeant per mortem temporalēꝫ
non eſt timendum ex quo deꝰ adiuuat· Et ſequi
tur verſus· virga tua et baculus tuus ipſa me
cōſolata ſūt· quia tribulaciones domini ↄſolāt̄
hominem bonum· Eſt aūt ꝑmi toni · qꝛ in ſolo
deo ponēda ē ſpes· In euangelio vero pre/
xit ih̄s· joh̄· viij· Oſtendit ſe dn̄s auctorem mi/
ſericordie· cum dixit· mulieri adultere· Vad̄ et
ampliuſ noli peccare· Item miſc̄dia fuit cuꝫ di
xit· qui ſine peccato eſt v̄r̄um primus mittat in
eam lapidem· In offertorio petit ſimiliter per
miſericordiam liberari cum dicit· greſſus me/
os dirige· et pertinet ad octauam reſurrectio
nis· Poſt ↄmunio vero ad beatitudinēꝫ· que ē
nemo te· joh̄· viij· ca· Illud aūt notandū ē ꝙ in
huius ſabbati ↄpletorio ātiphona· Media vi
ta cantat̄· eo ꝙ nunc mediana q̄dragesime inci
piat ebdomada qui vero eam in precedenti vi
feria cantant· numerum dieꝝ ieiunijs afflicto/
rum attendunt hanc itaqꝫ ſub breuilog̃o dux/
imꝰ exponendam· Media vita criſtꝰ ē ipſe enim
mediator eſt dei et hoīum· Ipſe eſt via verita/
tis et vita· Ipſe q̄dē ſāctus· ipſe deus· ipſe for
tis· ipſe miſericors et ſaluator· ad q̄ſtum g̃ ſmo
dirigitur· O media vita· i· o criſte vel media vi
ta ſācta trinitas eſt· q̄ eſt in ſe vita et nob̄ vita
media· i· ſufficiēs et communis ad quam ſmo di
rigitur· O media vita· i· o ſācta trinitas· ideoqꝫ
ſubdiſtinguitur ſācte deus ſācte fortis· ſancte
in· i· pater et fili· ſācte ſpiritus· a quo et ꝑ quē
ro ſignificat columnam nubis que precedebat
in die· prima quideꝫ denocte illuminans et ſecū
da in die refrigerās in qua ſpiritusſanctꝰ ſigni
ficabatur· tenuit quidem in nobis columna nu=
bis· figurā humanitatis et columna ignis figu
ram diuinitatis· / Recte autem cereus colum /
nam ſignificat· / Nam illa preceſſit · populum
ad mare rubrum in quo baptizate ſunt· iſte ve/
ro precedet neophitos ad baptiſmum· Item
illa preceſſit populū vſqꝫ ad terram promiſſio=
nis· iſte vero precedit ſeptem diebus neophi /
tos ad fontes et dominus nos precedit ut pa /
ret nobis viam vſqꝫ ad patriam que poſt finem
huius vite que ſeptenario reuoluitur nobis ꝓ
mittitur· Et nota ꝙ nec in prima nec in ſecūda
manſione columna preceſſit populū ſed in ter /
cia prima manſio fuit in ramate· ſecunda in Ze=
gor· tercia in ethan· Ramathe interpretatur cō
mocio tinee· Zegor tabernaculum· Ethan fir=
mum vel perfectum vel ſigna eius Hee tres mā
ſiones his tribus diebus domini coaptantur ſci
licet diebus paſſionis ſepulture et reſurrectio=
nis· nam in die paſſionis fuit dominus quaſi in
ramathe id eſt in commocione tinee videlicet in
commocione iudeorum qui ad modum tinee ve
ſtem inconſutilem domini id eſt eccleſie vnita=
tem· ymmo et ipſi demoliri viſi ſunt· Sꝫ de hac
manſione quaſi exuit cum obijt · et venit in Ze
gor id eſt in tabernacula cum in ſepulchro la
tuit et tanquam fortis miles fortem diabolum
ligando vaſa eius dirupit· tabernacula enim mi
litancium ſunt· Sed de hac manſione exuit cum
ſurrexit et intrauit in ethan quod interpretať
firmū ſeu perfectū ſeu ſigna eius qꝛ ipſe reſur
gens a mortuis iā nō moriť mors illi vltra non
dominabitur tunc ſignaculuꝫ ſuis fuit cū ipſe eis
glorioſus apparuit· et eos tanq̄ colūna ignis il
luminauit· Secūdo cereꝰ ſup colūnā ignis ſig
ficat criſtum qui nos in huiꝰ mūdi nocte illumi
nat et in die a viciorum incentiuo refrigerat vt
premiſſum ē· Recte quidē cereꝰ criſtū ſignificat
ꝓpter tria que in eo ſunt lichimē namqꝫ animā
cera corpus et lumen diuinitatis ſignificat ·
Tercio cereus renouatus et illuminatus poſt
benedictionem ſignificat nouam criſti doctrinā
que eſt in nouo teſtamento qui ait· Mandatum

nouum do vobis vel gráciam nouam·quia vox
dominica ſingulariter illuſtrata eſt· videlicet
criſti reſurrectõne qui reſurgens a mortuis ap
paruit in carne glorioſus ⁊ ſplendore diuinita
tis illuminatus·hui9 enim cerei ceraȝ apes ma
ter ſine concubitu eduxit· et criſti carnem vir=
go maria concepit et peperit· et in carne deum
quaſi mel in cera proferens inuiolata perman=
ſit· Incipit autem cerei benedictio·Exultet iã
angelica turba·de hoc enim eſt exultacio q̃ ex=
traxit ſuos de inferno et de eius victoria· Aſcẽ
dit eñ ſuper occaſum dominus nomen illi·et pri
mo ſalutat populũ dicens·dominus vobiſcum·
vt illum reddat beniuolum et attentũ·Ceteruȝ
lumen cerei ſeu eius ſignacio duplex eſt·ſigni=
ficat·n·ſpiritũſanctũ·quo criſtus plen9 fuit et
gloriam reſurrectionis eius· ſcđm primum mi
ſterium in quibuſdam eccleſijs cereus a princi=
pio benedictionis accenditur·quia criſt9 ab in
icio ſue conceptõnis ſpiritu ſancto fuit repletuſ
Et verba benedictionis in hoc conſonare viden
tur·Nam ſtatim circa principium dicitur·Gau=
deat ſe tellus tantis irradiatam fulgoribus· Et
poſtea ſubditur·Letetur mater eccleſia tanti lu
minis adornata fulgoribus·et poſtea dyacon9
rogat circumſtantes cum eo·miſericordiam dñi
inuocare ad tam miram hui9 luminis clarita=
teȝ quod licet ꝯ ſignato intelligatur· ſcȝ criſto
conueniens tamen videtur ·ut et ipſum ſignifi=
cans ei aliq̃ modo ꝑut fieri poteſt· reſpondeat
et eius ſimilitudinem gerat· Quantuȝ ad alterꝫ
autem miſterium videlicet q̃ lumen gloriaȝ re
ſurrectionis ſignificat· In quibuſdam eccle=
ſijs illuminacio cerei vſq̃ poſt appoſicionem in=
cenſi defertur· Infigit eñ ipſi cereo diacon9 q̃n
q̃ grana thuris in modum crucis cuȝ dicit· Su
ſcipe ſancte pater huius incenſi ſacrificium veſ
pertinũ· Siquideȝ paſſio ſaluatoris reuera fuit
ſacrificium veſptinũ legis iuxta illud· Eleuacio
manuũ meaꝝ ſacrificiũ veſptinũ quia fuit in veſ
pera mundi id eſt in ſexta etate factum eſt·⁊ in
veſpa diei·q̃ g̃na thuris deſignãt aromata que
mulieres emerunt vt vngerent crucifixum·
Emerunt enim ad litteram aromata veſpe ſab=
bati·quia ſabbato ſiluerunt ꝓpter feſtum ſab=
bati·et oſtendit eccleſia ſe illam deuocionem ha
bere in aromatibus virtutuȝ vel quinq̃ grana
ſignificant quinq̃ plagas in cruce receptas·
poſt hoc aliquantulum inferius fit cerei illumi
nacio·quia poſt paſſionem ſecuta eſt reſurrecti
onis gloria·et lucet cathecuminis ante baptiſ=
mum et poſt vſq̃ ad octauas· ad notandum q̃
criſtus lucet eccleſie vſq̃ in diem iudicij· In ce=
ra eciaȝ aff igitur tabula ſeu carta ſcripta que
ſignificat tabulam in qua pylatus ſcripſit ·Jh̃s
nazarenus rex iudeorum quam vidimus pariſi9
in capella illuſtris regis francoꝝ· Vna cum ſpi
nea corona et ferro·et haſta lancee et cum pur
pura· qua criſtum induerunt· et cum ſindone
qua corpus fuit inuolutum·et ſpongia ⁊ ligno
crucis·et vno ex clauis et alijs reliquijs multiſ
Et cum cereus xp̃m ſignificet·merito in dicta
tabula inſcribitur ann9 domini tunc currens cũ
eius incarnacione ·quia in cereo notatur q̃ cri
ſtus eſt annus antiquus et plenus dierum· de q̃
in octaua parte ſub ti· de anno ſolari dicetur·
Ideo autem criſtus annus dicitur quia ſicut in
anno dierum habetur multitudo fructuum· ita
et in criſto fuit·et eſt multitudo omnium bo=
norum fructuum·Habet eñ criſtus ſuos men=
ſes·ut ſũt duodecim apoſtoli et ſuos dies vt ſũt
omnes fideles ſuas horas ut ſũt neophiti· Scri
buntur eciam ibi indicio vel hera vel epacta·ꝺ
ꝺ q̇bus ſub ti·ꝺ ãno ſolari dicetur·ad notanduȝ
q̃ hominum actiones et temporꝝ ſucceſſiones·
per dei diſpoſicionem ordinant̃ In quibuſ dã
eccleſijs additur alter cereus minor· prim9 ma
ior conſecratur in perſonam criſti dicentis·
Ego ſum lux mundi·alter in ꝑſonam apoſtolo=
ruȝ·quibus ipſe dominus inquit· Vos eſtis lux
mundi· vterq̃ cereus p̃cedit cathecuminos ad
baptiſmuȝ·Et apoſtoli nos ad terram promiſſi
onis· Itẽ criſtus per ſe illuminat eccleſiam illu
minat eciam illaȝ per apoſtolos ·q̃ꝝ precepta
diligenter intueri et obſeruari debemus·quod
oſtẽditur ex illuminacione aliorum cereorum q̃
ab illis duobus illuminantur· In pleriſq̃ vero
eccleſijs duo alij parui cerei accendunt̃ a maio=
ri·et ſtatuitur vn9 ab vna pte cerei benedicti
Alius ab alia qui ſignificant ſanctos veteris ⁊
noui teſtamenti qui per criſtum illuminati ſunt
et per doctrinam apoſtolorum et prophetarum
qui cum criſto concordant Illi autem et cete
ra eccleſie luminaria ex igne maioris cerei accẽ
duntur·ad figurandum q̃ ignis ſpiritusſancti
a criſto procedit·et q̃ non ſolum prophete et a
poſtoli qui per duos cereos ſignificantur· verꝫ
et omnes eccleſie fideles a xp̃o illuminati ſũt· q̃
ideo ſunt duo·tum q̃ apoſtoli bini ad predican
dum miſſi ſunt tum quia diſcipuli et alij illumi=
nati a criſto gemina caritate feruent·et taȝ ver
bo quã exemplo lucent· Poſſunt eciam ipſi duo
cerei cathecuminos ſignificare qui a lumine ma
ioris cerei accenduntur·quoniam a lumine cri=
ſti oportet cathecuminos illuminari·lumen qui
dem criſti eſt eius gloria et doctrina que perſe=
quentes lectiones intelliguntur ſeu inſinuant̃

¶ De lectionibus ⁊ tractibus huius officij

Tercio loco circa lectiones ⁊ circa trac=
tus· Sciendũ q̃ lectiones que criſti glo
riam et doctrinaȝ ſignificant·idcirco ca
rent titulo·quia cathecumini duȝ non ſunt ciueſ
ihieruſalem et ſcp̃turas ignorant ⁊ nomĩa ciuiũ
ihieruſalem ignorant· Vñ ſi eis nominarentur
nomina doctorum veteris vel noui teſtamenti·
forte pocius contempnerent q̃ venerarentur
carent eciam titulo quia criſtus caput noſtrum
nondum redditum eſt nobis· Leguntur quoq̃

ſine tono quoniam in eis inſipientes et cathecu
mini ſimplices inſeruntur· Lectiones autem in
quibuſdam eccleſijs leguntur quatuor· in q̄buſ
dam ſex· in quibuſdam· xij· et in quibuſdaꝫ· xx=
iiij· Qui quatuor legunt· ideo faciunt· quia do=
ctor cathecuminorꝝ debet eſſe conuiuator eorū
debet enim eis parare conuiuium in menſa ſacre
ſcripture que per menſam q̄ in tabernaculo do
mini fuit ſignificatur q̄ q̄tuor pedes habuit·
quia ſacra ſcriptura quatuor modis exponit̄ vi
delicet· hyſtorice· allegorice· tropologice· et a
nagogice· quod plenius dictum eſt in ꝓhemio
huiꝰ ꝑtis libri Prima lectio· In ꝑncipio cre
auit deus celum et terrā· q̄ eſt gen̄· ꝑmo ca· hy
ſtoriā mōſtrat· Ad lr̄am em̄ facta ſunt· q̄ ibi di
cunt̄ de creatōne celi et terre· ⁊ aliarꝝ rerꝝ· de
homine qui factus eſt ad ymaginem et ſimilitu
dinē dei et ſic de alijs· Secunda lectio ſcilicet·
Factū ē in vigilia ⁊c̄· que eſt exodi· xiiij· ca· pti
net ad allegoriā· Tercia ſcilicet· Apprehēdent
ſeptē mulieres ⁊c̄· q̄ eſt yſaie· iiij· ca· ad tropo=
logiā· Quarta ſcꝫ· Hec ē hereditas ſeruorum q̄
eſt ibidem· lv· c· ad anagogem· ꝓut infra pate
bit· Verum ſi diligenter attendere voluṁꝰ· p̄=
ma lectio et ſecunda tam ad primū q̄ȝ ad ſecun=
dum pedem pertinent· tercia pocius ad ſecundū
q̄ȝ ad tercium· Prima pertinet ad ſecundum pe=
dem ſicut ad primū· nam que in ea hiſtorice di=
cuntur allegorice exponuntur· verbi gracia·
Factus eſt homo criſtus ad ymaginem et ſimili
tudinem dei· maſculum id eſt criſtum et feminā
id eſt eccleſiam· Creauit eos· vel eciam partim
ad ſecundum· partim ad tercium refertur· quia
opera ſex dierum coaptant̄ operibꝫ lucis ſpiri=
tualis· qua interius reformamur et illuminam̄
Nempe opꝰ primi diei fuit lux qua ſignificat̄ il
luminacio fidei· Opus ſecundi diei fuit firmamē
tum· quod diuidit aquas ſuperiores· id eſt an=
gelos ab aquis inferioribus· id eſt hominibus·
qui eo non indigent· Opus tercij diei fuit ſe
gregacio aquarum ab arida id eſt ſegregacio
eorꝝ q̄ dediti ſunt fluxui carnaliū voluptatū et
q̄ quēadmod̄ aque ſe et alios q̄ ſciunt ab hijs q̄
ad modum aride ſiciunt fontē aque viue vt poſ=
ſunt fructificare dicentes. Sitiuit in te anima
mea ⁊c̄· q̄rte diei opus eſt· luminaria et in fir=
mamento· hec luminaria ſunt doctores· qui inhe
rentes firmamēto ſacre ſcp̄ture inferioribus lu
mine ſciēcie lucēt· Quinte diei opꝰ ē creacio pi
ſciuꝫ et auiū ex aq̄s ꝑ que intelligunt̄ renati ex
aquis baptiſmatis quorꝝ quidam beneficio bap
tiſmatis vtuntur ad modum piſcium ut paruuli
quidā vero alis gemine caritatis ad inſtar aui
um volant ad ſuperiora· ut homi adulti· Vn̄ in p̄
ma lectione dicebatur· Spiritus domini fereba
tur ſuper aquas· ſcilicet baptiſmum· In aquis ve
ro remanent piſces· id eſt curioſi· Aues vero id
eſt baptizati ad celeſtia volant· Sexte diei opꝰ
eſt creacio animaliū de terra· Siquidem terra
caro noſtra ē· ex qua creantur animalia cum ex

ea procedant opera viua· et ita interior homo
noſcere reformatur ut in eo ymago et ſimilitu=
do dei reluceat· ſcd̄um quod dictuꝫ eſt ibi· Factꝰ
eſt homo ad imaginem et ſimilitudinem noſtrā
Rurſus per primam lectionem inſtruuntur bap
tizandi ne credant manachedis· qui dicunt om
nia hec viſibilia a rege tenebrarum fore·
Poſt iſtam primam lectionam nullum ſequitur
canticum · Sicut em̄ q̄tuor cantica ſicut qua=
tuor lectiones· poſt duas primas ſequitur vnuꝫ
canticum et poſt vltimam duo cantica ſecuntur
poſt primam ergo non ſequitur canticum quia
in eo agitur de primo homine qui creatus deuꝫ
non laudauit· ſed peccauit· et in eo omnes pecca
uerunt· ideoqꝫ pocius deberet ſequi luctꝰ· q̄ȝ cā
ticum quod eſt exultacio mentis habita de eter
nis· quia vero primus homo per oblectamenta
peccati a gloria cecidit et ad eā redire poſſumꝰ
ſi racione contra peccatum ſteterimus· Ideir
co orat ſacerdos ſtatim poſt lectionem dicens·
Deus qui hominēꝫ mirabiliter collocaſti· da no
bis contra oblectamenta mundi racione perſi=
ſtere· ut ad eterna gaudia peruenire mereamur
Et in eo eciam q̄ ipſe dicit· qui hominēꝫ mirabi
liter creaſti et mirabilius reformaſti Innuit· q̄
in precedenti lectione hyſtorice agitur de homi
nis creacione et allegorice de eius reſurrectio=
ne· id eſt de illo per quem facta eſt redempcio·
· In ſecunda quoqꝫ lectione eſt hyſtorica narra/
cio· ſed ipſa pertinet ad ſecundum pedem menſe
q̄ q̄d ibi hyſtorice dicitur· allegorice intelligi
tur· Nā ſicut in mari rubro ſubmerſis egipcijs·
liberati ſūt hebrei· ita in baptiſmo ſubmerſis vi
cijs et peccatis liberatur populus dei· Vn̄ poſt
iſtam lectionem ſequitur canticum leticie et exul
tacionis· videlicet· Cantemus domino· exo· xv·
c· in quo exultat populus criſtianus· qui a ſpi=
ritualibus egipcijs per baptiſmum eſt liberatꝰ
ſicut iudei a corporalibus· et ideo ſacerdos orat vt
dominus ad ſalutem gencium operetur in aquiſ
baptiſmatis miniſterium quo ipſe priorem po/
pulum ab egipcijs liberauit· per egipcios q̄dē
peccatores· per mare rubrum baptiſmus intelli
guntur· ex quibus egipcijs neqꝫ paruus neque
magnus permanſit· nec eciaꝫ in baptiſmo mag
num vel paruum peccatū remanet· quod in peni
tencia facile n̄ cōtingit· Recte igitur ſubicitur
canticum illud· Cantemus domino· quia licet q̄ȝ
diu homo in peccato eſt deuꝫ laudare nō poteſt
quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris tam̄
cum liberatus eſt poteſt cantare domino primū
canticum ſcilicet de liberacione ſua Tercia ve
ro lectio que eſt de yſa· pertinet ad ſecundum pe
dem menſe ſcilicet ad allegoriam· licet et ad ter
cium ſcilicet ad tropologiam vt cumqꝫ valeat
coaptari in ea enim componuntur ſacramenta
criſti et eccleſie Sacramentum criſti ibi nota
tur· Apprehendēt ſeptem mulieres virum
vnum· Mulieres ſunt ſepteꝫ dona ſpiritusſancti
in baptiſmo collata que apprehenderunt vnum

virum id eſt criſtum ut in eo plene quieſcerent
quod in alio homine facere non poterant vicijſ
et peccatis impedientibus. Seqꝫ ibi. Panem
nr̄m comedem9 qd ad ipſum ſpiritūſanctū cuiꝰ
hec dona ſunt refertur. Nam ſpm̄ſanctuꝫ panē
ſuum comedere et veſtimentis ſuis cooperiri.
nihil aliud eſt ꝙ ipſum equalitatem patris et
filij poſſidentē nullo indigē. Poſtea ſubiun-
gitur. tantummodo inuocetur nomen tuum ſu-
per nos. id eſt illi in quibus erit habitacio tua
a nomine tuo criſtiani dicantur. Aufer obpro-
brium noſtrum quod ſcilicet in alijs hominibuſ
paſſi ſumus. a quibus ſepe per vicia et peccata
expulſi ſumus. hoc eſt ergo allegoria. Morali-
ter autem per ſeptem mulieres intelligūtur ho-
mines ſeptiformi gracia repleti. id eſt ſapien-
tes. intelligentes. conſulentes. fortes. ſcientes
hij timoreꝫ domini habentes. Qui apprehendēt
vnum virum id eſt criſtum ei per fidem et cari-
tatem adherendo hij dicant ꝙ in lectione ipſa
ſequitur. ſcilicet. Panem noſtrum comedemus.
id eſt corpus tuum. quod eſt noſter panis. qꝛ
nobis ad refectioneꝫ datus veſtimentis ſcilicꝫ
bonorum operum contra frigus peccati operie-
mur. inuocetur tantūmodo nomen tuum ſuper
nos. vt videlicet a te criſtiani dicanē. Aufer
obprobriuꝫ noſtruꝫ. ſcilicet ne ſerui diaboli no-
minemur. In eo vero quod ſequitur. ſi ablu-
erit dominus ſordes filiarum ſion et lauerit ſan-
guinem iheruſalem de domo eius in ſpiritu iudi-
cij et ſpiritu ardoris notatur ſacramentuꝫ eccle-
ſie per ſordes notat leuiora peccata. per ſanguī-
nem grauiora. Leuiora enim peccata lauat do-
minus in ſpiritu iudicij id eſt leuioris correctio-
nis. Grauiora in ſpiritu ardoris id eſt grauio-
ris ſatiſfactionis. Notat igitur in hoc effectuꝫ
baptiſmi. qꝛ dominus tam grauiora peccata ꝙ
leuiora tollit per baptiſmum. Poſt hanc le-
ctionem ſequitur canticum quod eſt primū can-
ticum ſinagoge ſcilicet. Facta eſt vinea dilectio
mea. Yſa. v. c. Vinea enim ad litteraꝫ ſinagoga
eſt ſepes circa eam ſunt obſeruancie legales tur-
ris in ea eſt templum. torcular altare holocau-
ſti. et in eis ſacramenta eccleſie nichilominus
intelligūtur. Vinea enim eſt eccleſia que facta
eſt in cornu illo. ſcilicet de quo ſcriptum eſt.
Erexit cornu ſalutis nobis. hoc cornu eſt criſtꝰ
et vinea facta eſt in loco vberi. criſtus eſt locuſ
vber. de quo dictum eſt. Mōs dei mōs pinguis
Circa hanc vineam ſepes eſt diuina protectio
foſſa timor domini. turris ipſe criſtus. de quo
dictum eſt. Eſto nobis domine turris fortitudi-
nis. Torcular crux criſti. de quo ſcriptum eſt.
Torcular calcaui ſolus. et qꝛ in lectione et can-
tico exprimuntur ſacramenta eccleſie et ſinago-
ge. idcirco ſacerdos orat dicens. Deus qui nos
ad celebrandum paſchale ſacramentū vtriuſqꝫ
teſtamenti paginis inſtruis. vtriuſqꝫ teſtamē-
ti dicit. ut notet vtrumqꝫ teſtamentum. et ſub-
dit. da nobis itelligere miſericordiā tuā ut p

cepcione preſencium munerꝝ firma ſit expecta-
cio. futurorum. Miſericordia domini quam nos
intellgere optat. eſt remiſſio peccatorꝝ in bap-
tiſmo. preſencia igitur munera ſūt ſpiritualia
dona q̄ in preſenti precepimus. Quarta lectio ē
hec. Hereditas ſeruorꝝ domini iuſticia eorum.
apud me dicit dominus. Et pertinet ad quartū
pedem ſcilicet ad anagogem. Nempe ſicut ex p̄-
dictis patet in prima lectione inſtruitur homo
de ſua formacione. In ſecunda et tercia de refor-
macione que fit in baptiſmo per iheſum criſtuꝫ
Vnde iam non reſtat niſi ꝙ inſtruatur cathecu-
minus de vita beata et de bonis moribus per q̄s
ad eam venitur que in hac quarta lectione do-
centur. Siquidem vita eterna eſt hereditas q̄
ſeruis domini debetur et iuſticia eorum eſt apd
eum eſſe. Nam meritis eorꝝ iuſte debenē ut apd
eum eternaliter quieſcant. Ea vero que ſecunē
ad mores pertinent. vt illud. Audite audienteſ
me. et comedetis bonum et delectabitur in craſ-
ſitudine anima veſtra. per bona intelligit ipſuꝫ
vel verbum eius quo omnia reficiuntur. Vnde
notans delicias anime non carnis dixit delecta-
bitur in craſſitudine anima veſtra. hanc lectio-
nem ſecuntur duo cantica in quibuſdaꝫ eccleſijs
. In ea enim agitur de hereditate eterna que erit
in duobus id eſt in gloria anime et corporis. ſꝫ
cōueniencior eſt racio qꝛ in ea agitur de duob9
ſcilicet de moribus bonis et vita beata ut dictū
eſt. Primum canticum eſt ſcilicet attende celuꝫ
quod eſt deutro. xxxij. ad bonos mores ꝑtinet.
vnde verba cantici huiuſmodi verbis lectionis
in pleriſqꝫ reſpondent. In lectione vero dicitur
feriam vobiſcum pactum ſempiternum miſeri-
cordias dauid fidelis. Et in cantico dicitur. De-
us fidelis et abſqꝫ vlla iniquitate et ibi dicitur
quomodo deſcendit ymber et nix de celo et illuc
vltra non reuertitur. ſed inebriat terram et ge-
nerare eam facit. hic dicitur. Quaſi ymber ſup
herbam et nix ſuper fenum ⁊c̄. Quia bona opera
que facimus ſunt ad dei gloriam referenda.
. Idcirco circa finem lectionis dicitur. Date mag-
nificenciam deo vr̄o. Attendens vero ſacerdos
cathecuminorꝝ aīos eſſe deuotos et ad baptizā-
dum eſſe paratos. orat ꝙ dominus quos aqua
baptiſmatis abluit contina protectione tuea-
tur. Poſtea vero ſequitur canticum in perſo-
na cathecuminorum reſpondencium ſe affectare
baptiſmum. vt per hoc ad viſionem dei perueni-
ant. Vñ cātaē. Sicut ceru9 deſiderat ad fōtes
aquarum ita deſiderat anima mea ad te deus.
Super quo auguſtinus dicit ꝙ hoc eſt in perſo-
na cathecuminorum dicīē deſiderancīū ad fon-
tem baptiſmi peruenire. ſicut deſiderat ceruus
ad fontes aquarū venire poſt exponit deſideriū
ſuū cathecuminis. Sitiuit anima mea ad deum
fontem vi. q. ve. et appa. a. faciem domini. qua-
ſi dicat ſi nō ingreſſu ſi nō in ꝓgreſſu ſaciabor
in prouentu. Hoc deſiderium confirmat ſa-
cerdos orans et dicens. ut deſiderijs celeſtibus

reccenſi fontem vite ſiciamus· Qui autem ſex le
ctiones legūt hoc faciunt qꝛ p criſti paſſionem
et reſurrectionem mundus ſex diebus pfectus
redemptus et reparatus eſt· vel ꝓpt ſenarium
numerum qui perfectus eſt· vel quia cathecumi
mini ad ſex opera miſericordie inuitantur·
Nunc tangamus conſuetudinē eccleſiarū·xij·le
ctiones legentiū·quod faciunt in honorem·xij
apoſtolorū a quibus poſt xp̄m omnis doctrina
criſtianitatiſ proceſſit aqua cathecumini illum
nantur·et hij q̄nq; legunt ſex grece et ſex lati
ne·quia criſtus a iudeis ad gentes tranſlatus ē·
Greca enī et latina lingua ſunt principaliores
inter alias et per eas apte totum genus omniū
gencium reparatarum per criſtum intelligim9
verum et ſi premiſſi legant·xij·lectiones nō tn̄
cantant niſi quatuor cantica predicta· Poſt q̄r
tam namq; lectionem cantant primum canticū
poſt octauam ſecundum·poſt vndecimam terciū
poſt duodecimā quartum·prima lectio eſt· In
principio creauit deus celum et terram ·In qua
homo ad ymaginem dei factus docetur· Sed
hec imago pene amiſſa p peccatū reſtauratur
per baptiſmum·Vnde ſequit̄ ſecunda lectio·
Noe vero cum eſſet ꝛc̄·q̄ eſt geñ·v·in fi·et·vi·
et·vij·et·viij·c·in qua oſtendit̄ q̄ omnes perie
rūt in diluuio·exceptis his qui arca ſaluati ſūt
diluuium eſt baptiſmus·arca eſt eccleſia·omneſ
enī q̄ extra eccleſiā baptizant̄ periūt·et illi ſoli
qui ſunt in eccleſia merito ſaluāt̄·et qꝛ p9 bap
tiſmum debet eſſe paratus ad tēptacionē·idcir
co ſequit̄ tercia lectio·Temptauit de9 abrahā
q̄ eſt geñ·xxij·c·in qua iſaac legit̄ a patre ob
latus·et aries ꝓ eo immolatus·et ita dei filius
ꝓ nob̄ oblat9 eſt·ſʒ nō ei9 diuinitas immo eius
corpus ꝓ nobis eſt immolatum et qꝛ in paſſio
ne domini maiorem efficaciam baptiſmus reci
pit·idcirco quarta lectio ſcilicet·Factum eſt in
vigilia matutina·in qua oſtendit̄ q̄ in mari ru
bro ſubmerſi ſunt egipcij et liberati hebrei· Sa
cerdos enim eſt moiſes·baptiſmus mare·cete9
colūna ignis·cathecumini egipcij baptizati he
brei·Tres p̄me lectiones ſumpte ſunt de geñ·
Quarta de exo·quam ſequitur canticū ſimiliter
de exo·ſumptum quod eſt canticū victorie·
Quinta lectio eſt·hec eſt hereditas·ſumpta eſt
de iſaia·in qua agitur de baptiſmo ibi· Sicien
tes venite ad aquas· vbi inuitantur ad baptiſ
mum· Sexta lectio eſt· Audi iſrahel· ſumpta de
baruth·c·iij· ꝯueniencius dicitur ſumi de ihe
remia·quia quicquid ſcripſit baruth ab ore ihe
remie ſumpſit·in ea agitur de criſti reſurrectio
ne que in baptiſmi immerſione ſignificatur·ibi
poſt hec in terra viſus eſt·et cauſā hominibus
conuerſatus eſt· Septima ē· Facta ē ſup me ma
nus dn̄i ſūpta de ezechiele·xxxvij·in qua agit̄
de generali reſurrectione cui9 cā p̄ceſſit reſur
rectio xp̄i·ibi· Oſſa arida huiuiſcūt· Octaua ē·
Apprehēdēt ſeptē mulieres virū vnū ſūpta ē d̄
iſa·i q̄ xp̄s ꝛ eccleſie ſacr̄mētū exp̄mit̄ ꝛ eciā bap
tiſmus·ibi cū abluerit dn̄s ſordes·ꝛc̄·poſtq̄ ſe
quit̄ cāticū yſa·in perſona eccleſie·videlicꝫ·Vi
nea facta eſt· Nona eſt· Dixit dn̄s ad moiſen·
exo·xij·c·i qua ſub figura agni immolati criſti
paſſio pro nobis immolate exp̄mitur· Decima
eſt·Factum eſt verbum domini·que eſt ione·ij·
·c·ſub figura enim ione in mari proiecti·ꝛ a ce
te abſorpti·ꝛ tercia die euomiti ſignificantur
paſſio ſepultura et reſurrectio criſti· Vnde
cima ſcripſit moiſes·ꝛ eſt deutrono·xxxj·capi
tulo in fine·quam ſequitur ſuum canticū· Attē
de celum in quo premittuntur premia renatis·
quibus in lectione lex domini preponit̄ Duo
decima eſt·Nabuchodonoſor·dañ·iij·capitulo·
in qua figurate oſtenditur q̄ ſicut angelus in
camino ignis flammam extinxit·ita ſpirituſſan
ctus per baptiſmū flammam peccati extinguit
Vnde cathecumini baptiſmum deſiderantes cā
tāt cāticū· Sicut ceruus deſiderat ad fontes
aq̄rum·quod ſumptum eſt de p̄s· Ad oracionē
autem que poſt hanc lectionem ſequitur non di
dicitur Flectamus genua in deteſtacionem eius
q̄ nabuchodonoſor rex in contemptū dei coegit
populum genua flectere ante ſtatuam auream
quam erexerat· Romani vero dicuntur legere
xxiiij·lectiones·xij·grece ꝛ·xij·latine· propter
cauſam ſcriptam ſub ſabbato quarte ebdomade
aduentus·primo legunt·xij· grece·iuxta tranſ
lacionem ſeptuaginta interpretum que eſt au
tentica apd̄ grecos·poſtea·xij·latine·iuxta no
ſtram ꝛ vt ſignificent cathecuminos fundari ſu
pra fundamentum apoſtolorum et prophetarū
poſtea deſcendunt ad baptiſmum cum cantico·
debent enim eſſe fontes in eccleſia et non alibi
Quia mater eſt ex qua noua progenies genera
tur· Quicumq; ergo numerus fuerit in lectio
nibus quatuor tantum ſunt cantica· Eſt autē
canticum ſanctorum interceſſio facta pro cathe
cuminis vt eccleſie iungantur· ſicut et cantus
poſt baptiſmum·eſt graciarum actio de coniun
ctis et interceſſio ut perſeuerent Ideo autem cā
tica cantantur quia cathecumini quorū eſt hu
ius diei officium futuri ſunt in proximo de cētu
centum quadraginta quatuor milium cantanci
um canticum nouum· Cantātur eciam prop
ter futuram renouacionem in veram innoceci
am quam iam factum ſit quod cito venturum ē
Ex perſona enim eorum cantores cantica canūt
que ceteri cantare nequeunt quaſi maculati ite
rum poſt baptiſmum· Vocantur autem canti
ca quia cantantur·vel quia liber vnd̄ excerpta
ſunt cantica ſiue carmina vocantur· De pri
mo ſcriptum eſt·nunc cecinit moyſes et filij iſra
hel carmen hoc domino· De ſecundo ſic
cantabo dilecto meo canticum patruelis mei·
De tercio ſic ſcripſit moiſes canticum
De quarto·et de omnibus ita dicit auguſti
nus in p̄facione cantici· Sicut ceruus ideo q̄
tuor cā ica dicūt̄ qꝛ ſcripture q̄b9 cathecumini
inſtruuntur quatuor habent intellect9· Primū

canticum habet intellectum hyſtoricum. Secū
dum allegoricum. Tercium moralem. Quartuz
anagoicum. quorum vnumquodqȝ ſubditur le/
ctiom in eodem dogmate conſiſtenti. Ac ideo
vltimis quatuor lectiombus. que de bonis mo⸗
ribus et celeſti patria diſputant. coniungutur
duo cantica. qui de eadem materia loquitur ut
premiſſum eſt. Illud quoqȝ notabile eſt. ꝙ
quocumqȝ fuerunt lectiones. ſemper oracio/
nes ſequentes ad lectiones et tractus reſpici⸗
unt precedentes. et eſt prepoſterus ordo. alias
enī primo ſacerdos orat. Secundo legit lector
Et exinde ſuccinit cantor. Hic vero primo legi
tur vt neophitis doctrina fidei preponatur.
Secundo cantatur in perſona illorum vt cog/
noſcatur quanta ſit deuocio et hilaritas bapti⸗
zandorum. qua cognita ſacerdos orat confiden
ter. ut eorum deuocio non deficiat. ſed incremē
ta ſuſcipiat. Et ſicut in lectionibus tituli ſup⸗
primuntur ſic eadem racione oracionibus domi
nus vobiſcum ſubtrahitur. Et nota ꝙ in hoc of
ficio lectiones ſunt quaſi ſpes magiſtrorum cā⸗
tica quaſi beniuolencia auditoruȝ. Oracio ſacer
dotis et reſponſio populi ſcilicet amen. ſunt qua
ſi confirmaciones beniuolencie precedentis.
Item hodie in lectionibus et letanijs ſenes p̄
cedunt. et iuuenes ſubſecuntur vt infra dicetur

De benedictione fontium

Quarto loco de benedictione foncium
ſeu baptiſmi dicturi premittimus. ꝙ
ideo fit hac die baptiſmus. quia in eo
conſepulti ſumus criſto. et propter h̄
baptizandus ter immergitur prout infra dicet̄
Secundo ideo quia baptiſmus partim a paſſiōe
et partim a reſurrectione vim ſuam accipit. a
paſſione ablucionem. a peccatis a reſurrectione
gracie innouacionem Tercia racio quia ſicut
dominus tunc liberauit antiquos patres a carce
re infernali. Vnde pſa. Habitantibus in regi
one vmbre mortis lux orta eſt eis. ita et hac die
liberantur a peccato originali. In foncium bene⸗
dictione et in cathecuminorum immerſione qui
dam vtuntur ſimplicibus et linijs indumentis.
propter racionem ſcriptam in prima parte ſub
titulo de altaris dedicacione. De letania que
in benedictione baptiſmi dicitur infra dicetur.
In benedictione baptiſmi ſunt ſex. quoniam ſa/
cerdos orat. aquam manu tangit. vocem mutat
cereus immergitur. et alij cerei illuminantur.
inſufflat ſacerdos et criſma miſcet. Primo ergo
orat deum patrem. et per ihesum criſtum implo
rat ſpiritum ſanctum. ut in fontes deſcendat. iō
qȝ in modū oracionis legit. ſed ante omnia ab
aſtantibus ſibi captat beniuolenciam ſalutando
eos dicens. Dominus vobiſcum. et illi reſpōdēt
et cum ſpiritu tuo. quaſi diceret. domin9 ſit tecū
in tanto ſacr̄mento perficiendo. quia ſine eo nil
potes. poſt ſacerdos. alloquitur dominum. quaſi

longe poſitum rogans vt velit adeſſe preſens.
dicens. Omnipotens ſempiterne deus. adeſto
magne pietatis tue miſterijs. adeſto ſacramen
tis et cetera. Sed quia videtur ſacerdoti q̄d
inſufficiens ſit et indignus ad inuocandum tam
magnum dominum. ideo iterum circumſtantes
monet et vocem mutans dicens. Surſum cor
da. et ipſi reſpondent. habemus ad dominum.
Iterum quia dominus dicit. adhuc te loquente
ecce aſſum intelligens iam dominum eſſe preſen
tem monet alios ſecum gracias ei agere dicens.
Gracias agamus domino deo noſtro. et ipſi re
ſpondent. dignum et iuſtum eſt. poſtea ſacerdoſ
domino tamquam preſenti familiariter loquenſ
dicit. Vere dignum et iuſtum eſt equum ⁊c̄.
Et poſtea addit. Qui inuiſibili potencia tua
ſacramentorum mirabiliter operaris effectum.
poſtea ponit duo in quibus ſignatum eſt bap⸗
tiſmum. Primum in exordio mundi naſcentis.
Secundum in purgacionem mundi nocentis
Primum eſt cum dicit. Deus cuius ſpiritus
ferebatur ſuper aquas ut iam tunc inter ipſa p̄/
mordia mundi virtutem ſanctificacionis a qua
natura conciperet. id eſt ex conceptura ſignifi
caretur. Secundum cum ſubiungit. Deus q̄
nocentis mundi crimina. per aquas abluens re⸗
generacionis ſpeciem in ipſa diluuij effuſione
ſignaſti vt vnius eiuſdemqȝ elementi miſterio
et finis eſſet vicijs et origo virtutibus. reſpice
in faciem eccleſie tue et cetera. et terminat hāc
oracionem ut tue maieſtatis imperio ſummat
vnigeniti tui graciam de ſpiritu ſancto. Deinde
ter tangit aquam manu. Primo diuidens aquā
in modum crucis. per quam ut premiſſum eſt
baptiſmus maxime efficaciam recipit. vt aqua
ſpiritu ſancto fecundetur. et ſpiritus inmundus
expellatur. De fecundacione dicit. Qui hanc
aquam regenerandis hominibus preparatam
archana ſui luminis admixtione fecundet et ce
tera. De expulſione demonis dicit. procul ḡ
iubente te domine omnis ſpiritus inmundus ab
ſcedat et cetera. vſqȝ ibi. Non inficiendo corrum
pat. Secundo aquam manu tangit. vt eam p̄
inuocacioneȝ ſancte trinitatis muniat. ne hoſtiſ
ab illa expulſus redeundi habeat poteſtatem.
Vnde tangendo dicit. ſit hec innocens et ſancta
creatura libera ab omni impugnacionis incur
ſu et cetera. quod ex adiectiuis ibi poſitis con
uincitur. quia fons viuus ad patrem. aqua re
generans ad filium. vnda purificans ad ſpiri
tum ſanctum refertur. Tercio aquam tangit
cum eam in quatuor proicit partes. ut iam dice
tur. Trinus igitur aque tactus trinam ſancte
trinitatis operacionem figurat. Hac oracione
finita benedicit aquam dicens. Vnde benedi
dico te creaturam aque per deum viuum et cete
ra. vbi tantum vtitur verbo prime perſone.
dicens. benedico te. qui primo vtebatur verbo
ſecunde dirigens ſermonem ad deum. Vel
tercie loquens de ſeipo vel de re benedicenda

vtitur ergo nunc verbo ꝑme ꝑſone·ut oſtēdat
ſe hoc facere miniſterio quod dominus fecit au
ctoritate·et ſicut in baptiſmo domini affuit tri
nitas·ita et in noſtro baptiſmo eam adeſſe oſtē
dit·patrem adeſſe oſtendit cuʒ dicit·Benedico
te creaturam per dominum ꝛc̄·et filium cum di
cit·Benedico te per iheſum criſtum et per ſpiri
tumſanctū· ſcilicet circa finem cum dicit· De
ſcendat in hanc plenitudineʒ fontis virtus ſpi
ritusſancti·Sed nota ꝙ in benedictione que eſt
per patrem ponuntur quinqꝫ miracula in aqua
facta ante aduentum criſti· et in benedictione
que fit per filium alia quinqꝫ miracula in aqua
facta poſt aduentum·que licet non omnino eo
dem ordine facta ſint quo ponuntur tamen quā
tum ad miſterium racionabiliter ordinantur·et
poſteriora congrue prioribus coaptantur· pri
ora hoc ordine ponūtur· Primo qui te ſeparauit
verbo ab arida· Secundo cuius ſpiritusſanctus
ferebatur ſuper te. Tercio qui te de paradiſo
manare precepit·Quarto qui te in deſerto ama
ram ſuauitatem indita fecit eſſe potabilem·
Quinto et ſicienti populo de petra produxit·
Poſteriora ſic ponuntur·Primo qui te in chan
na galilee mutauit de aqua in vinum· Secundo
qui pedibus ſuper te ambulauit. Tercio qui in
te a iohanne baptizatꝰ eſt· Quarto qui te vna
cum ſanguine de latere ſuo produxit· Quinto
qui in te omnes gentes a diſcipulis baptizare
precepit· In omnibus enim hijs baptiſmus
exprimitur et poſteriora prioribus ꝑ anthypo
ſim reſpondent·ibi namqꝫ in primo miraculo a
quā ſcʒ baptiſmi verbo ſeparato ab arida acce
dente verbo terrenitateʒ peccatorum a nobis ſe
parat et in hec primo ·ſimiliter in baptiſmo aq̄
mutatur in vinum ·quia triſticia peccatoruʒ ex
pulſa mens noſtra quadaʒ ſpiritu ali leticia ine
briatur·que per vinum intelligitur·vnde vinū
letificat cor hominis· Aquam in vinum mutari
eſt timorem de peccatis conuerti in exultacionē
mentis·Item ibi dicitur in ſecūdo miraculo·cu
ius ſpiritusſanctus ferebatur ſuper aquas· et h̄
ſimiliter in ſecundo dicitur· Qui pedibꝰ ſup te
ambulauit et hec duo bene conueniunt· quia in
baptiſmo ſicut in alijs indiuiſibilis eſt operacio
patris et filij et ſpiritusſancti ꝛ vtrobiqꝫ dicit̄
ſuper quia gracia que confertur de ſupernis ē·
et vt notetur ꝙ dominus potenciam ſuam nō al
ligauit Item ibi dicitur in tercio· Qui te de pa
radiſo ꝛc̄·hic qui in te a iohanne baptizatus ē
quia gracia de paradiſo manans aquis in bap
tiſmo eſt infuſa·vnde de baptiſmi gracia eccle
ſia profluens in quatuor partes orbis dilatata
eſt quod quodammodo factum eſt quando domi
nus baptizatus eſt a iohanne·quia tunc omnes
aque vim regeneratiuam ſuſceperunt· Rurſus
ibi dicitur in quarto· Qui te in deſerto amaraʒ
ſuauitate indita fecit potabileʒ·hic dicitur qui
te vna cum ſanguine de latere ſuo produxit·
quia in gentilitate que prius erat a domino de

ſerta·aqua baptiſmi reficiendi mentes et ſanan
di habet effectum· Dulcorata autem fuit aqua
quia per paſſionē crucis maxime baptiſmus ple
nam recepit efficaciam Vnde in cruce de late
re domini aqua profluxit·Item eciam ibi in quin
to dicitur·Et ſicienti populo de petra produxit
hic vero dicitur·Qui in te omnes gentes per di
ſcipulos baptizare precepit· quia baptiſmus a
petra criſto originem habens·populum eum de
ſiderantem reficit· non enim ꝓdeſt baptiſmus
niſi ſicienti eum id eſt deſideranti vel in ſe vel in
alio·Vnde diſcipulis preceptum eſt ut baptiza
rent omnes gentes·in nomine patris et filij et
ſpiritusſancti·ſicut in vlt̄·math̄·dicitur·Hic ē
notandum ꝙ vbi dicitur· Qui te de paradiſo
manare· et in quatuor fluminibus exire et totā
terram rigare precepit ibi ſacerdos aquam ma
nu in quatuor partes effundit·ut oſtendatur
ꝙ gracia baptiſmi in quatuor partes orbis ſi
dilatata·Ceterum ſacerdos ipſe ſepe mutat vo
cem ·In primis enim orat deum ut dignetur
mundare mentem eius ad ſuſcipiendum ſpiritū
ſanctum et deprecatur eius aduentum ·et ideo
voce humili ſcilicet in modum oracionis legit·
que vocis humiliacio eſt ad ſpiritusſancti aduē
tum et ad eius dignaʒ recepcionem mentis pre
paracio·poſtea vero indicans ſe illū habere le
git in modum prefacionis agens gracias q2 tā
magnus hoſpes dignatus eſt ad taʒ humile ho
ſpicium deſcendere et recolens miracula iaʒ per
aquaʒ facta·Deinde poſt benedictioneʒ que fit
per filium que terminatur In nomine patris et
filij et ſpiritusſancti mutat vocem iterato· Cuʒ
enim vſqꝫ tunc in modum prefacionis cantaue
rit·poſtea legit in moduʒ lectionis voce ſcilicʒ
humiliori que vocis humiliacio eſt ſignum hu
militatis· humilitas eīn noſtra per baptiſmi re
generacionem ad alta polorum redditur· Dicit
ergo ſacerdos h̄·nobis precepta ſeruantibus·
ꝛc̄·q̄ſi diceret·non auderem tantā et tam altaʒ
rem ſcilicet ſpiritumſanctuʒ ut in creaturam aq̄
deſcendat inuocare·niſi quia tu precepiſti nob̄
baptiſma exercere·Et addit ſacerdos· Tu de
us omnipotens clemens·adeſto tu benignus a
ſpira·vbi illud orat ut ſicut in predictis miracu
loſe in aqua operatus eſt· ita modo faciat vide
licet ut preter naturalem emundacionem quam
poſſunt aque adhibere corporibus·ſunt eciā pu
rificandis mentibus efficaces· Poſt hoc alta
voce clamat ſacerdos· Deſcendat in hanc pleni
tudineʒ fontis uirtus ſpiritusſancti ideo alta uo
ce ut altum mentis deſiderium deſignet·et tunc
deponitur cereus in aquam·que cerei immerſio
eſt ſpiritusſancti aduentus ſeu immiſſio·que in a
qua baptiſmi in ſpecie columbe deſcendit· Se
cundo ideo cereus in aquam deponitur quo maʒ
corpus criſti per ceram ſignificatum in baptiſ
mo aquas ſanctificauit et uim regeneratiuam il
lis contulit·Tercio baptiſmus cerei remiſſioneʒ
peccatorum ſignificat quam per criſti mortem

conſecuti ſumus. Nunc quoqȝ neophiti cereos
ſuos extinctos qui et ſi plures ſint ꝓ vno repu
tantur. et in quibuſdam eccleſijs ſtatim cum ca
thecumini baptizati ſunt illuminantur. In qui
buſdam vero differtur eorum illuminacio vſqȝ
ad agnus dei. quod cantatur in letania. et in qui
buſdam eciam vſqȝ ad miſſam. quando videlicȝ
alij cerei eccleſie illuminantur. ¶ Sane cerei q̄
ſtatim poſt baptiſmum accenduntur. ſignificant
ꝙ per turbacionem peccatorum committatur il
luminacio graciarum. Qui differunt vſqȝ agnuſ
dei ſignificat. ꝙ per agnum qui tollit peccata
et tenebras mundi. renati et fideles illuminan
tur. Qui vero differunt vſqȝ ad miſſam ideo fa
ciunt quia miſſa illa ad noctem pertinet reſurre
ctionis dñice vt ſic nox illa irradicata fuit ſplē
dore dñice reſurrectōis ita ꝗ a lumie nr̄o irradie
tur. ꝗ vt neophitos nr̄os xp̄o ꝯſurrexiſſe ſignifi
cem9. et ꝓpt̄ eādē cāȝ alij cerei eccie ad miſſaȝ
illuminant̄. et ſcd̄um hoc cerei cathecuminorum
ſūt ſine lumine vſqȝ duȝ alij cerei eccleſie illumi
nentur. Ad notandū ꝙ poſtq̄ ſpirituſſanctus
purgauerit corda eoꝝ ꝗ eos introduxerit in ſo
cietatem et vnitatem eccleſie. tunc illuminabit
corda eorum. De cereis eciam neophitorum di
cetur in ti. de ſeptem diebus poſt paſcha. Poſt
immerſionem cerei in quibuſdaȝ eccleſijs ſacer
dos inſufflat in aquam dicit que totam huius
aque ſubſtanciaȝ regenerandi fecundet effectu
Primo vt ſicut in exorciſmo cathecumini ſpi
ritus immundus inſufflatur ut ab homine rece
dat ut infra dicetur. ita ꝗ in exorciſmo aque ut
ab ea expellatur et ad impleatur qđ dñs inquit
Nunc principes mundi huius eicientur foras.
Secundo ut intelligat ſathanas quantus habe
atur ꝙ tam leuit̄ videlicȝ ꝑ ſuauem exſufflacio
nem poteſt expelli. Tercio vt ſacerdos oſten
dat quali ignominia diabolus dign9 ſit ab aq̄a
expelli. Inſufflat autem ſacerdos ter quia ſpi
rituſſanctus tria in baptiſmo operatur. a vicijs
purgat. virtutibus ornat et tandem premio eter
no coronat eos in quibus fit hec inſufflacio. ut
dicetur vbi de immundi ſpirit9 expulſione age
tur. poſt exſufflacionem munitur aqua iterato
crucis ſignaculo per inuocacionem ſancte trini
tatis ne habeat poteſtatem diabolus ad eaȝ am
plius redeundi. Poſtremo fit admixtio criſma
tis in aqua ſicut dictum eſt. Vnde dicitur in
burcar. li. iij. Benedicimus fontes baptiſmatis
oleo vnctionis. Et auguſtinus eiſdem verbis
vtens ſubicit. ꝙ hoc magis tacite ſiue ſine ſcrip
tura ac miſtica racione introductum eſt. quam
per aliquam ſcripturam. Per huiuſmodi ergo
admixtionem vnio criſti et eccleſie ſignificatur
Naȝ criſma eſt criſtus. aqua populus et dicetur
Sanctificetur fons iſte. Ex quibus verbis ad
qu id fiat. admixtio ſatis datur intelligi. Et no
ta quatuor eſſe genera ſacre aque benedicte ꝓ
ut in quarta parte dictum eſt vbi agitur de aq̄
benedicte aſperſioue.

¶ De baptiſmo. R.

Quinto loco eſt de baptiſmo dicendū. De
ſcrutinijs vero que ꝓcedunt baptiſmum
ſolennem et de multis ad baptiſmum ꝑ
tinentibus. dictuȝ eſt ſub quarta feria tercie eb
domade quadrageſime. Primo notandum ē.
ꝙ baptiſmus grece interpretatur vnctio lati
ne vel locio. baptiſmus quidem per aquam con
fertur ut res inuiſibilis per illud viſibile elemē
tum conferatur ſuper quo ſpirituſſanctus in ꝓn
cipio ferebatur. Sicut enim aqua corpus viſibi
liter purgat exterius. ita baptiſmus latenter
animam. Vnde aug̃. aqua corpus tangit. et mē
tem abluit. Et eſt notandum ꝙ pagani ſiue gē
tiles circa fontes templa ſua facere ſolebant. ꝗ
ſaltem ibi ſemper aquam habebant. per cuius
aſperſionem purificari credebant. ꝗ inde lubra
vocabantur quaſi purificancia. et ita quodāmo
do figuraliter ad baptiſmum tendebant. Nos
vero ab eorum conſuetudine baptiſma non ſūp
ſim9 ymmo a trib9 que in veteri teſtamento fu
erunt. ſcilicet a cathacliſmo id eſt diluuio et a
mari rubro et a jordane que baptiſmi figura fu
erunt. Baptiſma dñs inſtituit cū de latere ſuo
ſanguinem et aquam produxit. quem poſtea ꝯſ
ſi lege edictali ſanxiuit. d. Niſi quis renat9 fue
rit ex aqua et ſpirituſancto non intrabit in reg
num celorum. Et ipſe dominus baptizatus eſt in
ſua paſſione. Vnđ inquit baptiſmo habeo bap
tizari quo coarctor vſqȝ dum perficiatur Fieri
debet baptiſmus in aqua: quia illa copioſius in
uenitur et hanc ſpiritus in principio fouiſſe le
gitur et quia ſordes abluit. ſitim comprimit.
ymaginem reddit. ſicut cantatur de narciſſo ig
nem extinguit. ſic in baptiſmo a peccatorum ſor
de lauamur. a fonte vite potamur. ymaginem
perditam reſtauramus. vnde ignis penarum
extinguitur. Debet autem aqua eſſe viua et pu
ra. poſſet tamen eciam fieri in reſoluta. ſiue a ni
ue ſiue a glacie ſiue a lacrimis terre. ſiue eciam
ex inſtitucione victoris pape. id eſt in mari. ſiue
in flumine. ſiue in lacu ſiue in fontibus. Non au
tem licet baptizari in aqua condita ut in ceruiſi
a vel medone. nec eciam in aliquo liquore vt in
vino vel oleo Sed ſi alig liquor aque admiſce
atur bene fit baptiſmus. dum tamen aqua preua
leat. quottidie eniȝ mari nou9 liquor vel ſputū
vel vrina additur. et tamen ibi baptizatur. ali
qui tamen contradicunt. Porro tamen ſcđuȝ ca
nonicam tradicionem ſolemne baptiſma in duo
bus dumtaxat ſabbatis celebratur videlicet in
iſto et penth. Quare in iſto premiſſum eſt. In
ſecundo quia ſpirituſſanct9 in die penthecoſtes
donatur nobis per quem facta eſt repromiſſio
peccatorum. vt dicetur ibi. Alio vero tempore
non licet baptizare. niſi neceſſitatis cauſa que ē
quadruplex. Prima eſt cauſa municionis vt ſi
rex obſidet aliquam ciuitatem vel opidum. tūc
eniȝ pueri illius loci baptizari debent ne inbap
tizti decedant Secunda eſt gentiliū ꝑſecutō

tercia naufragium· quarta egritudo· pot eſt tñ
egritudo hic large accipi pro infirmitate na
ture· que facile diſſolui poteſt· ita q̄ neſcimus
diem neqȝ horam· et ob hanc cauſam ſingulis
diebus et horis fit baptiſmus non ſolemnis ·
ſolennitas tamen baptiſmi ſaltem in paucis ad
p̄miſſos duos dies· ꝓpter ſimilitudinem et me
moriam reſeruatur· Greci vero baptiſmum cele
brare ſolent in ephia· ꝑ eo q̄ tunc fuit dominꝰ
baptizatus· ꝓut ſub feſto dictum eſt· Celebra
ri eciaȝ debet baptiſmus ſolennis hora nona ut
dicetur ſub ſabbato penth· ſciendū auteȝ eſt q̄
baptizandus cum p̄mo ad eccleſiam venit· p̄uſ
q̄ im̄ergat̄ interrogat̄ vtꝝ abrenūciet diabo-
lo ꝛc· qd̄ pocius vſu quā ꝑ aliquam ſcripturam
introductum eſt ſcd̄m auguſtinum et eccleſia re
ſpondet· abrenuncio· Et iteꝝ vtrum credat in
patrē et filiū et ſpiritūſanctū· et ipſa reſpōdȝ
Credo· In hijs autē duobȝ ꝺ vita ⁊ fide iſtruit̄
De vita cū docetur· abrenūciare diabolo ⁊ om
nibꝰ pompis ſiue operibus eius· De fide cum do
cetur credere in trinitatē et ꝓpter hoc due fiūt
ei conſequenter vnctiones· ſcilicet in ſcapulis ·
⁊ in pectore· Ideo auteȝ fit huiꝰ interrogacio ⁊
reſponſio· et vacua domus a priſco habitatore
deſerta fide ornetur et dei habitacio p̄paretur
Auguſtinus dicit q̄ eciam fiant hec iuxta ſalua
toris imperium· qui ad patrem in celū aſcē ſurꝰ
diſcipulis ſuis· id eſt apoſtolis dixit· Euntes do
cete omnes gentes baptizātes eos· In nomīe pa
tris et filij et ſpiritusſancti· Interrogatur eciam
ſi credat in ſanctam eccleſiam remiſſioneȝ pecca
torum· et carnis reſurreccionem· non tñ ſcd̄m
ipſum auguſtinum· eodem modo interogamus
ut quomodo in deum credimus ſic et in ſanctaȝ
eccleſiam et catholicam credamus· ſȝ ꝓpterea ſā
cta et catholica eſt· quia recte credit̄ in deum ·
non ergo diximus vt in eccleſiam quaſi in deuȝ
crederetis· ſed ut in eccleſia ſancta et catholica
conuerſantes in deum crederetis eciam reſurre
ctioneȝ carnis que futura eſt· Innuit ergo aug̃·
ex premiſſis verbis q̄ prepoſicio ibi repetit̄ dū
dicitur in ſanctam eccleſiam· et ſenſus mutatur
de quo dictum eſt ſub quarta parte ſub ti· ꝺ ſim
bolo· Planior tamen intellectus eſt vt prepoſi
cio ipſa p̄termittatur· nec repetatur vt ſit ſēſus
Credo eccleſiam ſanctam catholicam· id eſt fi-
dem catholicam tenentem eſſe ſanctam· id eſt iu
ſtam et bonam· vel eccleſiā ſanctaȝ id eſt ſancti
ficatam et firmatam et ſemper perſeueraturam
ita q̄ nunq̄ deficiet· vel credo ſanctam et catho
licam eccleſiam eſſe vnam et in vnitate conſiſte
re· Patrinus autem pro baptizando interroga
tur· ut iam dicetur· Poſt interrogacionem ⁊
reſponſionem ſacerdos ter in faciem baptizan
di exſufflat ad notandum q̄ ſeua poteſtas id ē
malignus ſpiritus ab eo exſufflatur id eſt exſuf
flando expellitur ſeu in proximo expellenda ſig
nificatur ut per pium ſacerdotis miſterium ſpi
ritui ſancto cedat· fugiens ſpiritus malignus ·

Hinc eciam ait auguſtinus· q̄ paruuli exſufflā
tur ⁊ exorcizant̄ id eſt increpant̄ ſeu adiurant̄
ut expellat̄ ab eis diaboli poteſtas inimica que
decipit hominem ut poſſideat homines· Hec au
tem exſufflacio ſiue exorcizacio et ſi non proſit
aliquid ad vitaȝ· quia adhuc in eis mors manet
prodeſt tamen vt inimicus minus ei nocere poſ
ſit· Adeſt enim ſpiritusſanctus non ſolum ver ſ̄ñō
bis que dicunt̄ in nomine ſuo verum eciam ſig
nificacionibꝰ que fiunt in honore ſuo· Et eſt no
tandum q̄ exorciſmus grece latine dicit̄ adiura
cio· ut ē illud· Exi ab eo inmunde ſpiritꝰ· Cathe
ciſmus autem ⁊ exorciſmus neophitoꝝ ſunt·
precedunt enim baptiſmum· et magis debent di
ci ſacramentalia q̄ ſacramenta id eſt ad ſacra
mentum baptiſmi pertinencia vel preludia no
ui baptiſmi· ſine eis tñ p̄t eſſe babtiſmus· Cathe
ciſmus vero grece latine dicit̄ inſtructio· inde
cathecizare· id eſt inſtruere i ſimbolo et fidei ru
dimentis Inde eciam dicitur cathecuminꝰ grece
quod ē latine audiēs vel inſtructꝰ· quia adhuc
doctrinam fidei audit nondum tamen baptiza-
tus eſt licet ſit in fide inſtructus· Qui et compe
tens vocatur· quia poſt fidei inſtructionem et
poſt acceptam penitenciam competit gracie cri
ſti recipiende· Neophitus vero grece latine no
uellus et rudis· vel nuper renatus interpretat̄
Hoc quoqȝ ſciendum eſt· q̄ ſicut ſunt dona· vij·
ſpiritusſancti ita eciam ſeptem ſunt dona baptiſ
mi· Primum eſt ſalis collacio· Datur enim ſcd̄m
rabanum et bedam ſal benedictum in os bapti
ſandi· ut per ſal tipicum id eſt figuratiuum ſa
piencie· ſale condit⁹ iniquitatis fetore careat
id eſt carere ſignificetur· ne a vermibus pecca
toruȝ vltra putrefiat· ſed magis illeſus ſeruet̄
ad maiorem graciam percipiendaȝ· ſal q̄ȝ ſigni
ficat prima fidei documenta ſine quoruȝ condi
mento inſulſus eſt omnis homo· de quo et de ſa
le dictum eſt in prima parte ſub ti· de conſecra-
cione altaris et eccleſie· Secundum eſt auriuȝ
et narium cum ſputo linicio quod fit primo exē
plo criſti· qui lutum cum ſputo faciens mutum
et ſurdum ſanauit· et oculos nati ceci liniuit· et
expuens in linguam eius tetigit· ⁊ digitos in eiꝰ
auribus imponens dixit· effeta quod eſt aperi-
re· Secundo ſcd̄m rabanum hoc ſacramentum
ideo agitur· vt per ſaliuam typicam id eſt figu
ratiuam ſapiencie dei et per ſacerdotis tactum
ſapiencia et virtus diuina ſalutem eiuſdem ca-
thecumini operetur· ut aperiantur ei nares ad
capiendum odorem noticie dei· vt aperiantur
ei aures ad audienduȝ mandata dei· vt aperiāt̄
illi ſenſus in intimo corde ad reſpondendum ſa
cerdoti de articulis fidei interroganti· Digi
ti ergo qui in aures mittuntur ſunt verba ſiue
dona ſpiritusſancti· Tercio per hoc q̄ aures ſa
liua tanguntur ſignificatur· et petitur· q̄ do
ctrina que de ore altiſſimi fluxit per aures eius
intret ei q̄ȝ ſuaue redoleat· ſaliua nempe criſti id
eſt dulcedo verborum ex ore eius defluencium·

et ipſa criſti diuinitas nos ſanat· ¶ Quarto eciā
nares tanguntur vt diuinam ſuſcipiant virtutē
per quam bonum a malo diſcernant · odorem et
ſanā doctrinaꝫ ſeparare valeant a fetore heteti
ce prauitatis· Vnde in eccleſiaſtico dicitur· Na/
ſus tuus ſicut turris libani que reſpicit contra
damaſcum· Quinto ad notandum ꝙ q̄diu ſpiri=
tum naribus trahet· in fide percepta manere de
bet et aures vt verbis euangelicis pateāt· et va
rias et inutiles fabulas a ſe repellant· Sexto
ſecundum Ambroſiū propter gloriam ſiue dig
nitatem muneris et operis non tangitur os cuꝫ
ſaliua· ſed nares· ut bonum odorem accipiant pi
etatis eterne· Tercium et quartum eſt in pecto
re et inter ſcapulas cum oleo facta ſignacio· de
quibus dictum eſt in prima parte ſub ti· de cō
ſecracionibus· Quintum eſt baptiſmi ablucio·
¶ Circa quod notandum eſt ꝙ trina fit immer
ſio ſeu locio in baptiſmo in nomine trinitatis·
ſcilicet in nomine patris et filij et ſpiritusſancti
qꝛ eciam in fide trinitatis fit baptiſmus in qua
trina immerſiōe· triduana domini ſepultura ſig
nificatur· fuit in tribus diebus et tribus nocti=
bus in corde terre· Trina qꝫ fit immerſio quia ī
baptiſmo a triplici peccato· ſcilicet cogitacionis
locucionis et operacionis mundamur · et a tri/
plici tranſgreſſione legis· ſcilicet legis nature
legis moſaice· et legis euangelice· Non igitur
debet quis tantum ſemel immergi· pro eo ꝙ cri
ſtus ſemel mortuus eſt· Debet tamē ſemel bap
tizari tantum qꝛ tm̄ ſemel criſtus mortuus ē et
ſepultus· et reſurrexit· q̄ tria in baptiſmo ſigni
ficant· Et licet trina ſit immerſio tamen vnum
eſt baptiſma· Item qꝛ tantū vna eſt fides· ideir
co vnum debet eſſe ſacramentum eius· iuxta illđ
vna fides vnum baptiſma Immerſio eciam fit ī
modum crucis· quia qui baptizatur mundo cru
cifigitur et cruci criſti affigitur ¶ Trina qꝫ ab
aqua eductio· triduam temporis exprimit reſur
rectionem· Si tamen quis ita eger ſit vt nō poſ
ſit ter ſine leſione immergi ſufficit illum aqua a
ſpergi· ut probatur multipliciter in canone cy
priani· Licet quidem illud intelligant de aque
benedicte aſperſione· ſed et ſi magna corporis
pars preter caput infunditur· vel ſalteꝫ caput
baptizatus quis reputatur et non aliter · licet
quidam eciam ſi ſuper pedem aqua ceciderit re=
putent baptizatum· Pueris baptizatis nomen
imponitur in baptiſmo quod inde eſt · quia
baptiſmus eſt vicarius circumciſionis · in qua
nomina pueris imponūt hebrei eo ꝙ tempore cir
cumciſionis abrahe nomen fuerit immutatū cū
enim prius dicebatur abram· poſtea vocatus
fuit abraam· Sed ſi in baptizato obliuione no=
men nō imponitē vel forte errore maſculo nomē
femine vel econuerſo īponitur· tenet quidē bap
tiſmus· nec iterabitur· et nomen in confirmacio
ne frontis denuo imponetur· Sextuꝫ eſt in ver
tice· ideſt in ſummitate capitis ſuper cerebrum
cū criſmate facta punctio· de quo in prima pte

ſub ti· de conſecracionibꝫ dictum eſt· Septimū
eſt in fronte criſmacio· de qua infra dicetur·
Datur autem in quibuſdam locis baptizatis
candida veſtis in ſignum ſacerdocij· et quedam
rotunda mitra in ſignum corone regni vite· qꝛ
ipſe eſt membrum xpi q̄ eſt rex et ſacerdos· Om
nes enim veri criſtiani reges et ſacerdotes di=
cuntur· Vnde Petrus apoſtolus ait· Vos eſtis
genus electum· regale ſacerdociū· Reges quia
ſeipſos et alios regunt· Sacerdotes· quia ſeip=
ſos domino offerunt· Iuxta illud apoſtoli· obſe=
factus eſt ut ſit ſocius angelorum· Primum pa

ſcha criſtus non potuit celebrare quia peccatuȝ
nõ fecit· nec inuent9 eſt dolus in ore eius· neqȝ
ſecundũ qꝛ datus fuit ei ſpirituſſanctus non ad
menſurã ã tpe ſue natiuitatis· Terciũ paſcha
factũ fuit in galgale qd interpꝛtat̃ reuelacio·
Iſtud paſcha fit a nobis qñ tranſimus de mundo
ad patrẽ ſiue de mũdo ad celuȝ et reuelarentur
nobis omnia que modo credimus· Hoc paſcha
celebrauit criſtus p reſurrectionȝ ſuã· qd nos
celebramus p decimamquartã lunam pmi men=
ſis poſt equinoxiũ vernale· qñ dies incipiũt ma
iores eſſe noctibus prout dictum eſt ſub ſabbato
ſancto· Sexta cauſa eſt· quia de primo paſcha ꝟ
ſecundo nõ eſt gaudiũ multũ· ſȝ de tercio· Vnde
ij· reg· xvij· c· Non glorietur accinctus eque ſi=
cut diſtinctus· Septima quia ex iuſſione angeli
monemur paſcha in dominica celebrare ut pre
miſſum eſt· Quare hec et cetera feſta ſaluatoris
preter natale mutabilia ſint dictũ eſt ſub nata=
li Quando autẽ debeat paſcha ãnũciari dictuȝ ẽ
ſub ephia· Porro conſiderande ſunt quedam
huius paſchalis temporis varietates· Sunt· n·
in eo tres ſeptimane quaſi proprijs vocabulis nũ
cupate· Prima eſt paſchalis· Secunda in albis
Tercia expectacionis· Prima dicitur ſanctifica
ta propter iuſtificacionem anime· Vnde et quia
homines per baptiſmum ſanctificati per totam
ſeptimanam illam veſtem quam in baptiſmo ſu
ſceperunt deportant· que ſignificat primam in=
nocencie ſtolam· Secunda dicitur in albis· pri
mo quia baptizati in ſabbato ſancto deponunt
in ſabbato in albis albas ſtolas ſeu veſtes· qs
in baptiſmo ſuſceperunt· per albas quidȝ innui
tur quales in preſenti vita eſſe debeant· ſcȝ mũ
di· et qualia demqȝ ſint corpora recepturi· quia
ſancti beatitudinem et gloriam poſſidebunt· pro
ut dictum eſt ſub ſabbato ſancto Secundo quia
hoc tẽpore illi qui baptizati ſunt in ſabbato ab
epiſcopis confirmati· alias albas ſtolas porta
re vſqȝ ad aliud ſabbatum ſolent· Cõmuniter
tñ prior ſeptimana vocatur in albis propter an
gelos qui in reſurrectione domini in albis appa
ruerunt ut premiſſum eſt et qꝛ olim baptizati il
lis diebus candidis veſtibus vtebantur· vſqȝ
ad ſabbatũ in albis· Et propter premiſſas eciã
cauſas dicitur ſabbatum in albis· uel quia mos
fuit antiquitus ut in ipſo ſabbato veſtes ex to
to deponerent et albas induerent quod non fit
in ſabbato ſancto· Tercia ſeptimana ſcȝ que ẽ
poſt aſcenſionem dicitur expectacionis· quoni=
am repreſentat illud tempus quod apoſtoli ex
pectauerunt aduentuȝ ſpirituſſancti· quibus do
minus dixit· Manete in hac ciuitate et expectate
vſqȝ dum induamini virtute exalto· prima autẽ
ſeptimana non protendit̃ niſi vſqȝ ad ſabbatũ
in albis excluſiue et ſic paſcha ſex dies ſoluȝ ha
bet pro octauis Septimana vero in albis in
cipit ſabbato in albis et terminatur in alio ſab
bato et ſic durat per octo dies Octaua ve=
ro aſcenſionis cum deberet terminari in quinta

feria ante penthecoſtē protenditur vſqꝫ ad pē
thecoſten. quia licet duo dies. qui ſuperſunt o/
ctaue aſcēſionis poſſint inofficiari ad miſſam a
dominica antecedenti. tamen ad nocturnos non
haberent inuitatoriū uel lectiones. uel reſpon=
ſoria niſi ab aſcenſione domini acciperent. Unde
illi decem dies pro vna octaua reputantur. nec
mirum cum ⁊ totum tempus paſchale pro vna
reputetur octaua. ⁊ ſimiliter a natiuitate vſqꝫ
ad octauam ephie. de hoc dicetur ſub dominica
poſt aſcenſionem. Tempus autem paſchale
vſqꝫ ad penthecoſten vocatur quinquageſima.
quia continet quinquaginta dies ꝑ quod tem=
pus iubilei ſignificatur. vt dicetur ſub penthe
coſten. Duas enim quadrageſimas celebramus
cui numero additur decimus numerus. et fit qn
quagenarius. primum autem paſcha in qua la=
bores ⁊ miſerie huius temporis ſignificantur
vnde tunc ieiunamus. ⁊ cantica leticie ſubtice=
mus. Secundum poſt paſcha que ſignificat ſta
tum eterne felicitatis. ⁊ in ea tempus glorie no
ſtre poſt hanc vitam repreſentamus. tūc enim
ab omni labore qeſcemus ⁊ in dei laude erimus
qre tunc cantica leticie multiplicamus. ⁊ ianua
penitentibus aperitur. qꝛ nulliꝰ peccati impe
dimentum erit. Totuꝫ enī erit abſorptum a gloria ꝓ
ut in collecta huius diei habetur. et dictum eſt
in prohemio huiꝰ partis. Nec ieiunamꝰ. nec ge
nua flectimus. ymo ſtantes oramus. Tum quia
nō erit ꝓ q flectanē. ſed domꝰ dei gloria reple
bitur. Tum eciam ut libertatem quam nobis do
minus reſurgendo acquiſiuit profiteamur.
tum quia mulieres ad monumentum venientes
nō flexerūt genua. ſꝫ erecte inſpexerūt in ſepul
chro. ſicut dicit ambroſius in fine luce. tū qꝛ ſe=
cundū eū in hijs qnqginta diebus quibus do/
minus nobiſcuꝫ fuit gaudendū eſt ⁊ iugis feſti
uitas eſt in eis tanquam ſit dies dominica. tum
eciaꝫ quia hoc tempꝰ paſchale ſignificat octa
uam reſurrectionis. in qua nec ieiunabitur. nec
genua flectenē. ſed perfectum gaudium omni=
bus erit. In feſtiuitatibus eciam beate marie
⁊ diebus dominicis ⁊ feſtiuis ⁊ in diebꝰ penthe
coſtes. niſi in preſencia corporis et ſanguinis
criſti genua flectenda non ſunt. de hoc in qnta
parte ſub titulo. de prima dictum eſt. et ſub ſab
bato poſt penthecoſten dicetur. Genua enim in
eccleſia flectere cordis contricionem ſignificat
Et eſt notanduꝫ ꝙ in genu flexionibus utendū
eſt oracione dominica. uel oracione quam aug.
ſcripſit ſeu approbauit ſcilicet. Deus propicius
eſto michi peccatori vel peccatrici uel illa quaꝫ
quidam ſanctus heremita compoſuit ⁊ docuit
taydem meretricem docēs illam quottidie genu
flectere et in terram diſcumbere oculos ſurſum
non attollere et dicere. Qui me plaſmaſti miſe=
rere mei deus. Ceterum feſtiuitas paſchalis eb
domodaria eſt. prout in titulo ſequenti dicetur
In paſchali ſeptimana ſalutare nos ad inuicē h
modo debemus. ſcilicet reſurrexit dominus. ⁊ ſa

lutatus debet reſpondere deo gracias uel ⁊ ap=
paruit ſimoni et poſtea debemus dare oſculum
adinuicem. in ſignum pacis et caritatis. vſus tñ
hoc non habet. Romanꝰ tñ pontifex hac die miſ
ſam celebraturus cardinales. ꝑlatos notarios
⁊ familiares ſuos. hoc modo ſalutat et oſculaē
⁊ eciā omnes premiſſi ſe inuicem hoc modo ſa=
lutant ⁊ oſculantur. Salutans enim dicit. Sur
rexit dominus vere. Salutatus et oſculatus re=
ſpondet et apparuit ſimoni.

De nocturno officio huius feſti

Equitur videre de nocturno officio
huiꝰ diei. Incipit autem eccleſia inui
tatorium alleluia. Surrexit dominus
vere quinti toni propter quinqꝫ ap=
paricones domini in illa die que dicta ſunt in
quarta parte ſub titulo de ſalutacione ad popu=
lum vel propter quinqꝫ ſenſuum reparacionem
que fit ꝑ reſurrectionem. In quibuſdam tñ ec
cleſijs dicit̄ inuitatorium cum triplici alleluia.
et ſeptimi toni propter quietem qui datur in re
ſurrectione apoc. xiiij. Ammodo iam dicit ſpiri=
tus ut requieſcāt a laboribus ſuis ⁊ indigemuſ
inuitatorio quia vie ſion lugent eo ꝙ non ſunt
qui veniant ad ſolemnitatem. ymnus autem nō
dicitur in quibuſdam eccleſijs quia in reſurre/
ctione non cantabimus ymnos huius. ſed i pla=
teis iheruſalem cantabimus alleluia. vt habet̄
capitulo penultimo thobie. ſed loco ymni canta
tur alleluia ꝓpter ſpem quā habemus de glori
oſa reſurrectione. Alie vero eccleſie cantāt ym
num qꝛ ſemꝑ laudandus eſt deus. ⁊ cātant illū
ad terciam. ſub duplici cantu videlicet vnū ver
ſum ſub vno cantu ⁊ alium verſum euſdem ym
ni ſub alio. ⁊ vnum alciori voce ꝙ alium ad ſig
nificandum duplicem ſtolā glorie. quā criſtus
aſſumpſit ſcilicet corporis ⁊ anime. Quia ve=
ro virtute trinitatis in qua eſt perfectio facta
eſt reſurrectio. ideo dicuntur tres lectiones.
tum quia ſoror noſtra paruula eſt. ⁊ vbera non
habet. tum quia baptizati non indigent labore
quaſi modo geniti infantes. de hac in ſequenti
tractu dicetur. Hac eciam die ⁊ hoc tempore cā
tantur tres pſalmi cum tribus antiphonis. Ob=
ſeruatur autem ideo iſte ternarius numerus.
primo quia parcitur hominibꝰ propter prece
dens ieiunium attritis. Secundo ne neophiti
multitudine onerentur ut premiſſum eſt. tercio
propter triduanam domini ſepulturam que pre
ceſſit dominicam reſurrectionem. Quarto ad no
tandum ꝙ tria que dominus ſecunduꝫ lucam ꝓ
miſit in hoc ſeculo perficere. ſcilicet demones
eicere. ſanitatem perficere. ⁊ tercia die conſum
mari in reſurrectione cōſummata ſunt. primum
operatus eſt dominus cum fecit ut relicta crea=
tura rediremus ad creatorem. Secundum cum
per fidem nos ſibi tamquam membra capiti vni
uit. ut de eius ſpiritu viueremus. Tercium cum
in hoc confirmauit nos ne laberemur. vel conſū
macio eſt noſtra reſurrectio Hec eciā in noſtra

ꝯuerſione apparent. Eiciuntur eniȝ a nobis de
mones per exorciſmos. ſanamur per catheciſmū
et conſummamur per baptiſmum et confirmacio
nem. primuȝ notatur in primo pſalmo et ſua an
tiphona. vbi dicitur. et conſilium meū nō eſt cū
impijs. in quo pſalmo oſtendit̄ quid vitare de-
beat quis. ad hoc ꝙ ſit beatus. ſcilicet. nō ire in
conſilio impioꝝ. et quid facere debeat ſcilicet.
habere voluntateȝ domini in corde. et in ea die
et nocte meditari. primus ergo pſalmus cum ā
tiphona ſua monſtrat impios. id eſt demones
eici a conſilio filij dei. In hoc demonum eiectione
fit ꝙ dominus in euangelio iohannis dicit. nūc
iudicium eſt mundi. nunc princeps huius mun
di eicietur foras hoc iudicium eſt diſcrecio qua
fideles per fidem ſeparantur ab impijs demoni
bus quod iudicium factum eſt in multis milibuſ
credencium. Sed in hoc iudicio impij id eſt in im
pietate perſeuerantes non reſurgunt ſed hij q̄
per fidem criſto vniuntur. et hoc ſecunduȝ quod
notatur in ſecundo pſalmo et ſua antiphona.
vbi dicitur poſtulaui patrem meum alleluia de
dit michi gentes alleluia in hereditatem ſibi al
leluia. Hoc factum eſt cum fideles per fidem ei
tamquam capiti vniti ſunt. ut per ipſum ad mo
duȝ hereditatis fructificent. vnde in pſalmo ir
ridendo dicit. Quare fremuerunt gentes ⁊c̄. di/
centes. Diſrūpamus vincula eoꝝ et proiciamꝰ
a nobis iugum ipſorum. ſtulte dicunt. Qui ha-
bitat in celis irridebit eos ⁊c̄. Et xp̄s dic̄. Ego
autem conſtitutus ſuȝ rex ab eo. qui dicit. poſtu
la a me et dabo tibi gentes hereditateȝ ⁊c̄. et ad
uerte quia in antiphona dicitur. dedi. et in p̄s.
dabo. ut in antiphona oſtendatur impletum eſſe
q̄d in pſalmo eſt ꝓmiſſum. tercium notatur in
t̄cio p̄s. et in ſua antiphona in q̄ tangit̄ ꝯſūma-
cio q̄ dn̄s ꝓmiſit ſe pfectuꝝ i tercia die vbi dc̄
Ego dormiui et ſompnum cepi. Hoc enim licet
de paſſione et morte et reſurrectione ſaluatoriſ
intelligatur. moraliter tamen ꝯuenient̄ intelli
git̄ de eo q̄ diu in peccato dormiuit et tandem ꝑ
dei adiutorium ſurrexit. Quinto eciam poteſt di
ci ꝙ quia ꝑ opera iſtoꝝ triū dierū fiūt cathecu
mini membra criſti. ſcilicet per exorcizatōneȝ ꝑ
abrenunciacionem dyaboli. per fidem qua vni-
tas in eis perficitur. et ꝑ īpoſicionē manꝰ epoꝝ
ſiue reſurrectionem domini q̄ eſt iuſtificatō nr̄a.
ideo propter hanc iuſtificacionē canimus tres
ātiphonas ī nocte reſurrectionis. p̄ma diſiūgit
nos ab impijs. Secūda ꝯiūgit nos capiti criſto
tercia facit nos reſurgere ꝓpt̄ iuſtificacionem
Sexto eciam poteſt dici ꝙ ꝑ tres pſalmos tria
t̄pa ſignificant̄. tres antiphone cantant̄. in qui
bus patriarche ꝓphe et apoſtoli ſignificantur.
tres lectiones leguntur q̄ꝛ lex p̄s et ꝓphecie re
ſurrectionem dn̄i ꝯfitent̄. tria reſponſoria ſub
ſecuntur. q̄ꝛ tres ordines ſcȝ noe iob et daniel.
xp̄i reſurrectione ſaluantur. Singulis reſpōſo
rijs. Gloria patri ſubiungitur in quibuſdaȝ ec

cleſijs. quia trinitas ab omnibus ordinibꝰ col-
laudatur. ī quibuſdam vero non niſi vnū glori
a tribus reſpōſorijs ſecundū generalē ꝯſuetu
dinē ꝯtinuat̄. ad notandū ꝙ ī trinitate vnum
deum glorificamus. Septimo ternarium ī omni
bus frequentamus propter ſacramentum bap
tiſmi ī trium perſonarum noīe celebrati. Octa
uo paucitate vtimur lectionum propter pauci
tatem que tunc aderat predicatorum. Nam a-
poſtoli erāt ī numero pauci. metu iudeoruȝ mu
ti. de morte domini meſti. de audita reſurrectio
ne quaſi deliri. qua paucitate volunt uti quidaȝ
vſq̄ ī penthecoſtes quando facti ſūt predicato
res. numero plures. et ſpūſancto ferueciores
ut iam dicetur. Alij vero ſolemnitatem pocius
attendentes integrum et ſolemnem ſeruant nu
merum. quia et ſi apoſtoli muti fuerunt. tamen
alloquium angelorum et frequens viſitacio
domini non defuerunt. quare in ſequenti ebdo
mada cantatur tantum vna antiphona cum tri
bus pſalmis ut in ſequenti titulo dicetur.
Sane tercio reſponſorio cum gloria patri decā
tato cum cereis et ſolemni proceſſione de choro
ad aliquem locum tendimus. vbi ſepulchrum
ymaginarium coaptatur. et vbi introducuntur
perſone ſub formis et habitu mulierum et duo-
rum diſcipulorum. ſcilicet iohannis et petri. q̄
ad ſepulchrum criſtum querentes venerunt et
quedam alie perſone in perſonis et forma ange
lorum. q̄ criſtum a mortuis reſurrexiſſe dixerūt
in perſonis quorum recte cantari poteſt illa ſe-
cunda reſponſorij prima particula. Nolite time
re et cetera vſq̄ ad fineȝ reſponſorij. Hic redeūt
ad chorum quaſi fratribus referentes que vide
runt et audierunt et vnus reditꝰ cicꝰ alio. ſicut
iohannes cucurrit cicius petro
In perſonis quoruȝ conuenienter cantatur illd
reſponſorium. Congratulamini ſine verſu. Si/
qui autem habent verſus de hac repreſentacio-
ne compoſitos licet non autenticos non impro
bamus. tunc chorus audita reſurrectione prorū
pit in vocem altiſſone cantans. Te deum
laudamus. Quidam vero hanc repreſentacio
nem faciunt antequam matutinum inchoent.
Sed hic eſt propior locus eo ꝙ te deum lauda
mus exprimit horam qua dominus reſurrexit.
Quidam eciam eam faciunt ad miſſam cum dici
tur ſequencia illa. Victime paſchali laudes cuȝ
dicitur verſus. Dic nobis. et ſequentes.
Ad huc in die reſurrectionem noſtram repre
ſentamus. qua criſto conſurreximus. et ideo de
die dicimus. Hec dies quam fecit dominus et
cetera. Et in nocte ſepulturam qua ei conſepul
ti ſumus. et ideo illud non dicimus de nocte.
Vnde dicit apoſtolus. Conſepulti ſumus cuȝ
illo per baptiſmum in mortem. Trina etenim im-
merſio in aqua baptiſmi triduanam domini ſe
pulturam repreſentat. Ille quidem cōſepultꝰ
eſt criſto. qui peccare quieſcit. ille conſurrexit.

cum criſto. qui celeſtibus intendit. Et aduerte
quia in duabus precedentibus noctibus tridua
nam domini ſepulturam repreſentamus. ſecun
dum quod dominus latuit in ſepulchro. Vn-
de tunc alleluia non diximꝰ. In hac vero nocte
ſepulturam domini repreſentamus in eo ꝙ cri/
ſto conſepulti ſumus. ſed propterea alleluia cā
tamus quod criſto conſepeliri gaudium eſt nobꝭ
Ad primam vero non dicitur ymnus. prop-
ter racionem in ſexta parte ſub ti. de nocturnis
aſſignatam. nec quicumqꝫ vult. Quidam ta/
men dicunt pſalmum Confitemini ſicut et in ſe
quenti titulo dicetur. Non fiunt eciam petici
ones obſecraciones ꝛ poſtulaciones. qꝛ dicit dn̄s
In die illa non rogabitis me quicquaꝫ. Et quia
cū glorificati reſurrexim9 nō indigebim9 iſtis
Non ergo dicuntur preces quia vbi non erit mi
ſeria non erit petenda miſericordia vbi non erit
temptacio. non erit dicendum. Libera nos a ma
lo. Non dicitur eciam capitulum. quod eſt re
fectio ne poſt longam pſalmodiam homo tedio
afficiatur. Confortat enim feſſos ſicut electua
rū membra. Tum quia ibi nullum erit tedium
Tum quia in hoc officio breuis eſt pſalmodi
a. Et quoniam capitulum in p͛oris non dicitur
ideo nec reſponſorium debet dici. quod reſpon-
det capitulo ſiue lectioni. In miſſa tamen dicitꝰ
quia reſpondet epiſtole et in laudibus. quia re-
ſpondet lectionibus. et dicitur tunc capitulum
criſtus reſurgens. require. vj. capitulo. De
veſperis in ſequenti titulo dicetur

De officio diurno huius feſti.

Nunc de diurno officio videamus. Et
quidem hac die fit ſtacio apud ſan-
ctam mariam maiorem. quia cum bea-
tus gregorius hac die ibi celebraret
et pax domini pronunciaret. Angelus domini
alta voce reſpōdit. Et cum ſpiritu tuo. Et prop
ter hoc cum papa ibi hac die celebrans dicit.
pax domini. in teſtimonium huius miraculi nil
ſibi reſpondetur.
Ceterum ante miſſam fit proceſſio. quod ex euā
gelij autoritate extrahitur eo ꝙ angeli dicunt
mulieribus. Ite dicite diſcipulis quia precedat
vos in galileam et dominus ad eas. nūciate fra
tribus meis ut eant in galileaꝫ. ibi me videbitiſ
hoc ergo ſignificat proceſſionem apoſtolorum
ut viderent dominum in galilea euncium
Rurſus galilea tranſmigracio interpretatur.
In galileam ire fuit de iudeis ad gentes tranſi-
re. de qua tranſmigracione poſteaꝫ dixit. Euntes
docete omnes gentes. baptizantes eos. In no-
mine patris et filij et ſpiritusſancti.
In ſignificacionem ergo huius tranſmigra
cionis hodie ſolemnem agimus proceſſionem.
ſiue in ſignum. quod nos oportet de vicijs
tranſmigrare ad virtutes ſiue proficiſci de vir
tute in virtutem. Ad hoc vt videre dominum
mereamur quod fit ſpecialiter in baptiſmo ꝛ in
ſignificacionem baptiſmi nos et loca noſtra aq̄
benedicta aſpergimus cantantes vidi aquam.
Alijs vero temporibus cantatur aſperges.
Verumtamen nec hodie nec penthecoſtes aqua
benedicitur. que lacius proſecuti fuimus in q̄r/
ta parte ſub titulo de aque benedicte aſperſione
Ab hac proceſſione omnes proceſſiones do-
minicales per annum originem traxerunt ut vi/
deamus dominum in galileam id eſt in tranſmi
gracione de vicijs ad virtutes.
Dies enim dominica eſt dies reſurrectionis
natiuitatis et ſpiritusſancti miſſionis et in omni
bus de nouo dumtaxat eſt teſtamento cantan/
dum De proceſſione dictum eſt in quarta par
te ſub titulo de acceſſu pontificis ad altare.
Sed ad quid fuit dictum apoſtolis ut irent in
galileam ad videndum dominuꝫ. prout legitur
iij. math.
Cum eadem die eum viderunt in iheruſalem.
Reſpondeo hoc dicitur maxime propter allego
riam. licet ad litteram factum ſit. Allegorice
enim tranſmigracio illa ſignificat tranſmigra
cionem de iudeis ad gentes. in qua maxime vide
tur criſtus. quia in hoc maxime apparet criſti
deitas ꝙ totus mundus ad predicacioneꝫ famu
lorum criſti credidit. Dixerunt enim apoſtoli
iudeis. quia verbum dei repuliſtis ꝛ vos indig
nos feciſtis vite eterne. Ecce cōuertimur ad gē
tes. In hac proceſſione procedunt luminaria
ut illud euangelicum impleatur in nobis.
Sint lumbi veſtri precincti et lucerne ardentes
in manibus veſtris. Crux enim precedit ut car
nem noſtram crucifigamus cum vicijs et concu
piſcencijs et poſt cruces et vexilla que ſunt vi/
ctorie iheſu criſti inſignia. ſecuntur ſacerdotes
dealbati exultantes in laudes reſurrectionis. ꝗ
precedunt cum tacita populi ſequentis expecta
cione. per diſtinctas et moroſas expectaciones.
ut corporaliter illud propheticuꝫ quod tunc cā
tat̄ ipleri videat̄: cū iocūditate exhibitis et cū
gaudio deducimini. Nam et montes et colles
exilient expectantes vos cum gaudio.
Item in ea maior ſacerdos precedit. quia dixit
dominus precedam vos in galileam
Iteꝫ in ea nichil reſonet quod ſit veteris hyſto
rie. ſed ea ſolum cātātur que gloriam perſonēt
euangelij. inter que illud preſertim in quibuſ-
dam eccleſijs admittitur. virtute magna red/
debant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis ihe
ſu. quia ſicut diximus in galilea tranſmigracio
eſt apoſtolorum predicacio. Cum autem ventū
eſt ad medium templi utriuſqꝫ ſexꝰ populo cir
cumſtante totis viribus chorus in vocem exul/
tacionis erumpit antiphonam cantans. Sedit
angelus.

Nunc exprimit quid apoſtoli docuerunt· aut do=
cere debuerunt· ſcilicet criſtum viuere· et eſt to
tis viribus cōmēdū et in auditum circumſtā
cium efferendum· quia quem queritis viuit· et
vita hominū cū eo ſurrexit vel hodierna ꝓceſſi
o illud nobis rcolit· ꝙ rex glorie cū exercitu re
demptorum de infernalib9 clauſtris ad celeſtia
regna migrauit· P9 ꝓceſſionez ſequitur miſſa
et incipit precentor loco magni precentoris· id
eſt criſti· Reſurrexi et adhuc tecum ſum· Poſt=
quam cantat chorus ad ſignificandum ꝙ ad cri
ſti ſimilitudinem alij ſancti qui erunt in patria
deū laudabunt· Nō vero ſeqtur· et adhuc tecū
ſū in ꝗ notatur eternitas ī q̄ ſemp eſt cū patre
Cantamus ḡ hac die ī pſona criſti· reſurrexi rc̄
ſed tunc illud dicetur in pſona noſtra· quando
reſurgentes tranſibimus d hac mortalitate ad
immortalitatem· qd ſignificatur in hoc quod
dicetur in euāgelio et trāſiens miniſtrabit eis
Miniſtrauit enim nobis cibū ſpūalē ſeipſū· ſic
iudeis dedit manna in deſerto· Poteſt eciā dici
ꝙ dñs per ora ꝓphaꝝ dirigens ſermonē ad pa
trē· ait· Reſurrexi et adhuc rc̄· In q̄ tria notat
ſcꝫ ſuam glorioſam reſurrectionem et patris in
paſſione ꝓtectionem et cognicionem eius per
ſciencie ſue dilatacionem· Per orbem reſurrecti
onem eius notat cū dicit· Reſurrexi et adhuc te
cum ſuꝫ· rc̄· q· d· non eſt ita ſicut iudeus cogita
uit· ꝙ a te omnino ſim derelictus ⁊ abiectus tan
quam immundus· Vnde deridendo dicebat iude
us· Si filius dei eſt liberet euꝫ quaſi diceret· nō
liberabit eū qr de eo nō curat· Protectionē pa
tris in paſſione notat cū dicit· Poſuiſti ſup me
manum tuā· q· d· Protexiſti me nō a paſſione ſꝫ
ab eo ꝙ iudei intendebant videlicet ab extincti
one nominis mei ad quā intendebant· Vnde di/
cebant· Si dimittimus eū ſic omnes credent in
eū· ſꝫ in hoc ꝙ me occiderūt· hoc ꝙ ipſi timebāt
conſecutū eſt· Nā ego q̄ ſum granū frumenti ca
dens in terram multū fructum attuli· Tā de iſto
q̄m de illo primo laudandus eſt pater· Vñ p9
vtrumqꝫ cantat̄ alleluia· Sciencie patris dila=
tacionem notat cū dicit· Mirabilis facta eſt· rc̄
q̄ſi diceret· ex hoc cognicio tua pater· nō tātuꝫ
ad iudeos ſed eciā ad gentes dilatata eſt· Nam
prius tantum in gente iudeoꝝ ꝯgnoſcebaris·
iuxta illud notus in iudea deus· Et quia ab vtro
qꝫ populo cognoſceris ab vtroqꝫ tibi lauſ offere
tur· et idcirco duplex alleluia ſequitur· et ad id
pertinet verſus· Domine ꝓbaſti me rc̄· ſeſſionē
meā id eſt humilitatē in paſſione· et reſurrecti
onem meā id ē gloriā meā in reſurrectione· In
q̄buſdā tñ eccleſijs tacet̄ verbū illud· ſeſſionem
et ſolū dicit̄ reſurrectionē meam· poteſt tamen
vtrūqꝫ dici· p quod duplex xp̄i natiuitas deſig
natur· Sequit̄ ymnus trinitatis· ſcilicet gloria
patri qui in precedentibus diebus intermiſſus
fuit ꝓpt̄ ignominiā illatā trinitati in tercia per
ſona ſcilicet in filio· Nunc autē quia ſublata eſt
ignominia illa· ymnus ille cantatur· hec eciā in

quibuſdā eccleſijs p cereos repreſentant̄· vbi
tres cerei ante altare ardere ꝯſueuerunt· ſed in
tribus diebus ante paſcha non ardent niſi duo·
in ſignum ꝙ tercia perſona ſublata eſt· hac ve=
ro die tercius cereus reaccenditur in ſignum ꝙ
ipſa criſti perſona glorioſe redditur nobis· p9
hoc dicitur collecta in qua oſtendit̄ quis ſit re=
ſurrectionis et mortis effectus· quoniam aper
cio ianue regni celeſtis eſt effectus· Qualiter
autem illam ianuam intrare debeamus dicit̄ in e
piſtola que eſt p̄ma ad corinth· v· c· ſcꝫ expur=
gate vetus fermentum· id eſt abicite vetuſtatē
a vobis· et hoc ē ire in galileam· hoc eſt de vicijſ
ad virtutem· et d virtute in virtutez· ſicut eſtis
azimi id eſt eſſe debetis uel eſtis per baptiſmum
quare etenim paſca noſtruꝫ immolatus ē criſt9
quaſi diceret coctus eſt agnus et paratus· Ita
qꝫ epulemur· et determinat quis ſit agnus· cuꝫ
dicit criſtus Criſtus autem ⁊ eſt paſcha noſtrū
id eſt paſchalis et feſtum paſchale· Alia eciam
racione ipſe eſt paſcha quia per ipſum ⁊ ab ip
ſo et ad ipſum eſt nobis tranſitus predictus·
Nō in fermento ueteri neqꝫ in fermento malicie
id eſt male uolūtatis et nequicie· id eſt praue in
telligencie· nequaq̄ enīꝫ eſt qui de deo male in purꝫ
telligit· ſed in azimis ſinceritatis et ueritatis·
id eſt in attenſo affectu· et purificato intellectu
uel in ſinceritate caritatis et puritate fidei· Sꝫ
eciam plus dicit ueritas quam fides· comprehē
dit enim ſapienciā ⁊ intelligenciam· ſed videt̄
littera epiſtole in ſe contraria· Si enim ſumus
azimi id eſt ſine fermento· quomodo expurgabi
mus uetus fermentum· quomodo eciam dicitur
ut ſitis noua conſperſio· uidetur enim dicere·
ut ſitis azimi ſicut eſtis azimi· Nam noua conſp=
ſio nichil aliud eſt quam farina aqua conſperſa
id eſt paſtha nondum fermentata· Sed eſt
notandum ꝙ duobus modis dicitur quis pecca
re· ſcilicet peccato proprio uel alieno cui conſē
tit· Erant enim illi quibus loquebatur apoſtol9
azimi id eſt ſine proprij peccati fermento· ſed
erāt alieno peccato infecti· dum non reprehen=
debant illum cum poſſent qui patri ſuo propriā
nouercam abſtulerat· qui inter eos erat· Vnde
dicitur eis· Expurgate uetus fermentum· id ē
abicite illū a uob per excōicacionē· ut ſitis noua
ꝯſperſio id ē ſine fermēto alieni peccati Sequi
tur graduale quo utitur eccleſia propter nos q̄
non habemus adhuc niſi reſurrectionem anime
⁊ expectamus reſurrectionem corporis· ſcilicet
Hec dies quam fecit dominus exultemus ⁊ lete
mur in ea· quia exultando ⁊ letando itur in pa=
radiſum· ſed cum labore ⁊ anguſtia ⁊ cum ma/
xima afflictione itur in infernum· quia non eſt
pax impijs dicit dominus· ſed bonis eſt iocundi
tas· Pax ⁊ quies maxima propter ſpem glo=
rioſe reſurrectionis· Cantatur autez graduale qđ ſignificat
~~ſcilicet licet ſit~~ luctus laborancium propt̄ bap
tizatos qui arripuerunt laborem milicie· vt per
ueniāt ad alleluia eterne leticie· Grandis eniꝫ

laborſeis ſupereſt· ut partem habeant in ſecun=
da reſurrectione· Et eſt ſciendū q eſt dies tem
poris· Unde· hodie ſi vocem eius audieritis id ē
ſi in tēpore q̄ viuitis Et eſt dies eternitatis· Un
de melior eſt dies vna in atrijs tuis ſup milia·
Hanc diem hodierna feſtiuitas inchoat· et ideo
recte demonſtratiue dicitur· Hec dies quam rc̄
Et hodie reſurrexit dominus· Sed hec dies dū
eſt in aurora uel in aſcenſu vocatur dies ſalutis
et gracie· Cū fuerit in meridie vocabitur dies
eternitatis et glorie· Hec decliuiū non ſentit et
ideo ſolemnitas iſta veſperum non habet· ut di
citur in ·c· ſequenti· Poſtmodum ſequitur alle
luia· Cantus quidem angelicus ſcilicet paſcha
noſtrū ymolatus eſt criſtus· p̄ma corinth· v· c·
quia ipſe eſt panis angelorum quem deſiderāt
angeli ꝓſpicere et mḡtum eſt homo· quaſi di=
ceret· Laudate dominum deum quia paſcha no=
ſtrum imolatus eſt criſt9· Deinde ſequitur euā
gelium marci· xvj· c· Qui habet figuram leonis
quia et criſtus fuit leo in reſurgendo· et quia ſe
cundum ordinem leguntur euangelia prout in
ſequenti titulo dicetur· Eſt autem euangelium
Maria magdalena iacobi et ſalome aro· eme· rc̄
Sic oportꝫ nos emere aromata bone volūtatiſ
yſa· Venite et abſq argento et abſq vlla com
mutacione· emite vinū et lac id eſt aromata vir
tutum quibus vngitur deus· quia delicie ſunt ei
eſſe cum filijs hominū· Et ſequitur ibi q ange
lus apparuit mulieribus in veſtibus albis· ſed
in euangelio mathei quod legit̄ in vigilia dicit̄
q aſpectus eius erat ſicut fulgur· et veſtimēta
eius ſicut nix· et per hoc notatur ſicut dicit gre=
gorius q dominus in iudicio terribilis appare=
bit reprobis· et blandus iuſtis vna facie· Hoc
enim erit ex diuerſitate conſcienciarum· Quia ḡ
blandus apparebit iuſtis· ideo ne nimis de reſur
rectione exultemus ſequitur in offertorio· Ter
ra tremuit et quieuit· in poſtcommunione que ſi
cut et alleluia ſumitur de epiſtola· hortatur ec=
cleſia filios ſuos· ut cum fide veniāt ad commu
nionem· dicens· paſcha noſtrum ymolatus rc̄·

¶ Aiunt quidam q illud quod dicitur in in=
troitu· Reſurrexi· vox eſt ſponſi ad ſponſam eā
de morte ſua in preſenti tempore conſolantis·
cui ſponſa reſpondet· Poſuiſti· rc̄· vel eſt vox
generis humani quod in adam cecidit et per cri
ſtum reſurrexit· Cetera ſunt concentus angelorū
et hominum de xp̄i reſurrectione gaudencium·

¶ De ſeptem diebus poſt paſcha· R·

Hec prima ſeptimana paſchalis tempo
ris· licet communiter vocetur ſepti=
mana in albis· tamen ſequens magis
ꝓprie vocatur in albis ꝓpter cauſas i
precedenti ti· poſitas et hꝰ eſt cōmunis huic tē=
pori et precedenti· Eſt aūt tota de ſeptuageſima
que terminatur in ſabbato in albis· Inde eſt
q tractus in ſabbato paſchali et graduale per

totā ipāꝫ ebdomodā dicitur· quod laborem ſig
nificat· Alleluia vero rc̄· cantica leticie cantan
tur· ut dictum eſt ſub dominica ſeptuageſime·
et hoc propter tempus regreſſionis quod inci
pit ſecundū quoſdā in paſcha ꝓut ibi dictū
eſt· Iſti ergo ſeptem dies computantur cum
ſeptuageſima quia hec ſeptimana eſt ſeptima a
quadrageſima per quam idem ſignificatur· qd̄
per ſeptuageſimam in cuius ſeptima decade fi/
lij iſrahel acceperunt licenciam redeundi· et iam
quaſi liberi erant· ideoq diebus iſtis cantica le
ticie cantantur· Porro omnes iſti dies ſeptem
ſunt quaſi vna dies dominica· Unde ſemper can
tatur in eis· hec dies quā fecit· rc̄· Et in prefa
cione dicitur· Te quidem domine omni tem=
pore· ſed ī hoc potiſſi· die· glo pre· rc̄ Et in eis
ſemper agit̄ de reſurrectione ad oſtendendum·
q per ſeptem dona ſpiritusſancti venitur ad ve
ram reſurrectionem· vel pocius quia in tota vi/
ta iſta q̄ per ſeptem dies currit· debemus anhe=
lare ad gloriam reſurrectionis q̄tum poſſum9
ſic et paſcha in veteri teſta· p ſeptē dies cele=
brabatur· et cenofegia id eſt fixio tabernaculo/
rum· Quecumq enī hac die facimus ideo face
re debem9 ut in celo tab̄nacula noſtra figamus
quod erit per gloriam immortalitatis· ut ille q̄
crucifixus ē oſtendat nobis ſuā deitatem cū di=
cit in officio nocturno· Ego ſum qui ſum et cum
dicit ſe eſſe illū qui dixit moyſi· qui eſt miſit me
ad vos· exo· iij· Siquidem paſcha eſt ebdomoda
ria feſtiuitas quia qualibet die ebdomade mutā
tur officia· In veteri enim teſtamento tres ha=
buerūt ebdomodarias feſtiuitates· ſcꝫ paſca et
penth· quas eciam nos habemus licet ad aliud
quam illi habuerunt et cenophegiā quam non
habemus niſi quodammodo ut dicetur in prohe
mio· vij· partis· Quidam vero ſcripſerunt q fe
ſtum penthecoſtes non fuit in veteri teſtamēto
feſtum ebdomodale· Et q in nouo teſtamento
habet· vij· officia ꝓpt̄ ſeptē ſpiritusſancti dona
non quia ſit feſtum ebdomodale· quia tres ulti=
mi dies non habent omnino ꝓpria officia· Ad
hoc notandum eſt· q cum in vrbe romana eſſet
magna aeris peſtilencia· Beat9 gregori9 in tē
pore paſchali ordinauit· ut ymago beate virgi
nis que in eccleſia ſancte marie maioris ſuatur
quam beatus lucas pinxiſſe dicitur· et eidē vir
gini ſimilima perhibetur proceſſionabiliter porta
retur· et dum ante proceſſionē reuerenter por
taretur· ecce tota aeris infectio· et turbulencia
cedebat ymagini fugiens· ac ſi eā ferre nō poſ
ſet· ſic q poſt imaginem mira ſerenitas remane
bat· tunc autē iuxta imaginē audite dicuntur
tres voces angelorum canencium· Regina celi
letare alleluia· quia quem meruiſti portare alle
luia· Reſurrexit ſicut dixit alleluia· Statimq be
atus Gregorius adiunxit· ora pro nobis deum
rogamus alleluia· que antiphona ideo hoc tem/
pore frequentatur· Et tunc Gregorius vi/
dit ſupra caſtrum creſcencij· angelum dn̄i qui

gladium cruentatum tergens· in vaginam re=
ponebat· Intellexit ergo Gregorius ꝙ peſtis il
la ceſſaſſet· quod et factum eſt· Vñ caſtrum illd
exinde caſtrum ſancti angeli vocatum eſt· pre=
miſſa ymago ĝ ecclesia beate marie maioris in vr
be ſup lumen baptiſterij ſeruatur quã romani
reginam vocant· per hos autẽ dies tres tantũ
dicuntur· ps· ſicut in dominica reſurrectionis·
In hoc tamẽ intereſt ſecundum aliquas eccleſi
as quia tunc dicuntur cum tribus antiphonis
in hys vero diebus cũ una ſola· Siquidẽ ideo
tres pſalmi per hos ſeptẽ dies baptiſmales di
cuntur quia qui pure baptiſantur ſeptem ſpiri
tuſſancti dona ſuſcipiũt· que p hos ſeptem dies
ſignãt· Suſcipiunt eciam tres virtutes ſcilicet
fidem ſpem et caritatem· q̃ per tres pſalmos in
telliguntur que nobiſcum vſq̃ in finem manere
debent· Canimus ergo tres pſalmos ut recola
mus nos hec tria habere Antiphona vero vna
eſt quia vnus eſt a q̃ hec omnia ſunt· Rurſus
vero quia ut premiſſũ eſt· Hec tota ebdomoda
eſt q̃ſi una dies dominica· Inde eſt ꝙ per omnes
hos ſeptem dies canimus pſalmos de nocturno
dominice diei· vel eis adiacentes· Quedam tamẽ
eccleſie pretermittunt pſalmos maiores et la
borioſos ſcilicet confitebor· et diligam te quia
neophitis omnia breuia debẽt preponi et ſoror
noſtra paruula ẽ ⁊ vbera non habet Et apoſto
lus· lac de vobis potum non eſcam ſed numerũ
ſupplemus per illos duos Cum inuocarem Ver
ba mea Et ita decem et octo pſalmos perficim9
uſq̃ in ſextam feriam In ſabbato autem ſumi
mus tres de adiacentibus q̃s in die dominica
ad primam cantare ſolemus· ſcilicet· Dominus
regit me Domini eſt terra ⁊ iudica Sed ⁊ illoſ
duos Deus deus reſpice ⁊ Ad te domine leuaui
propter cauſam predictam pretermittimus· In
ſeq̃nti vero tempore multiplicandi ſunt pſalmi
ſicut ⁊ boni mores qui per pſalmos intelliguñt
per q̃s ad gloriam peruenitur quam per totum
tempus iſtud figuramus· In q̃buſdã tamen ec
cleſijs nõ dicunt niſi tres pſalmos uſq̃ ad pen
thecoſtẽ ⁊ hoc ex inſtitucione alchuini prout di
cetur ſub dominica ð trinitate· Sed hoc non be
ne fit hodie· primo quia cauſa quare illud inſti
tutum fuit hodie ceſſat· Secundo quia contra
canonem gregorij faciunt· prout dictum eſt in
q̃nta parte ſub ti· de nocturnis· Tercio quia in=
ter canonicos r̃gulares ⁊ alios clericos q̃ vſur
pato nomine ſeculares dicuntur· nulla debet eſ
ſe q̃ ad hoc differencia· nam et ipſi magna ex p
te antiquitus regulares fuerunt· Et certum eſt
ꝙ canonici regulares in octaua reſurrectionis
dicunt in nocturnis nouem lectiones cum nouẽ
reſponſorijs ⁊ eciam eccleſia romana· qui enim
dicunt ꝙ omnia facilia debent eſſe eo tempore·
ꝓpt̃ neophitos illã facilitatẽ nimis extendunt
Nã due tñ ſũt ebdomade neophitoꝝ ſcʒ in pa/
ſcha ⁊ penth· et ꝑterea ↄcludit̃ eis in aſcenſione
vbi ſunt nouẽ reſponſoria et nouem pſalmi cũ

ſuis antiphonis· Nulla enim eſt ſufficiens racio
quare in ſequenti die poſt aſcenſionem dicamuſ
tantum tres pſalmos cum vna antiphona· de iſ
eciam dictum eſt in titulo precedenti· Semper
ſcdm romanum ordinem in omnibus dominicis
nouem lectiones dicuntur· licet maguntinum ↄ
cilium a paſcha vſq̃ ad penthecoſt· tres tantũ
inſtituerit eſſe legendas· ut ſeruicium matuti=
num in die cantetur· quia in futuro trinitas cõ=
prehendetur et a ſanctis in luce domino ſeruiet̃
Ad primam autem dicunt quidã ꝙ per totã
ebdomadam totum pſalmum Confitemini· ⁊c·
In q̃ precipue de criſti reſurrectione agitur·
Alij vero ſolum verſum hec dies ⁊c· quem in p̃
ma et in alijs horis pro capitulo dicunt· quia
vitam illã figuramus in qua doctrina nulli ne
ceſſaria erit· ſed omnes docti gratulabimur et
exultabimus· Pſalmus vero· Quicumq̃ vult
et cetera toto iſto tempore non dicitur· quoniã
ad fidem pertinet· hoc enim tempus ſignificat
octauam etatem vbi non erit fides que euacua=
bitur· ſed res que comprehendet̃ nõ erit figu=
ra ſed veritas· In quibuſdam tamen eccleſijs
aliter obſeruatur· quia vbi fides non eſt ſuper
edificari non poſt· Minus tamen ſymbolum ſcili
cet Credo in deum· ob eandem cauſam ſubticet̃
ad primam· Nam cum venerit quod perfectum
eſt euacuabitur quod ex parte eſt· Vnde in con
denſ· id eſt in condenſitatibus populi vſq̃ ad
cornu altaris id eſt ad communionem· Non dici
tur capitulum neq̃ preces· ut dictum eſt in ti·
precedenti· Veſpertinum officium eſt huius
feſtiuitatis claritate illuſtratum· non enim per
Deus in adiutorium meum intende· quoniam
in illa vita non ſicut hic adiutorio indigebim9
ſed per kyrieleiſon inchoatur· quia veſptina ho
ra ſabbati paſchalis baptiſma fuit per kirielei
ſon inchoatum et in trinitatis nomine celebra=
tum et ꝓpterea in eadem hora et in eiſdẽ ver
bis p totã ebdomodã hãc in feſtiue regenera=
cionis iocũditatẽ ſãcta trinitas adorat̃· vl' per
kirieleiſon incipit̃· ut q̃ſi nõ exiſtẽs per ſe offici
um miſſe officio cõtinuetur· Nã ut in titulo pre
cedẽti diximus hec dies veſpa non habet· quia
decliuium eternitas non agnouit· Tres ps̃
ſub vno alleluia id eſt gaudio cantãtur in qui
buſdam eccleſijs· quia per fidem trinitatis ad
vnum eternitatis gaudium peruenitur· Vl' hij
tres pſalmi reſurrectioni que t̃cia die facta ẽ·
conueniunt ihesu xp̃o· Pro capitulo ſeq̃tur hec
dies· ſicut in alijs horis· quia ibi non erit neceſ
ſaria· ſʒ exultacio· vl' ut notetur ſollicitudo bap
tizatorum adhuc peregrinancium ⁊ laboran=
cium· quia nondum habent gaudium· niſi ſpei
quo peruenitur ad alleluia rei proinde ymno ſe
quitur alleluia quod eſt proprius illoꝝ cuiuſ
ymnus· ¶ Sane deſcendimus proceſſionaliter
ad fontes cum cereo per totam ebdomodam can
tantes canticum exultacionis et populus ſequi
tur ſcilicet viri per ſe· ⁊ mulieres p ſe· qd fit in

memoriam̄ eius quod hebrei pharoni et ſuis in
mari rubro ſubmerſis fecerunt· qui in gracia=
rum actiones de ſubmerſione hoſtium p totam
ebdomodā redibant ad mare viri p ſe et mulie=
res per ſe cantantes illud canticum moyſi·Can/
temus domino· Siquidem hoſtes noſtri ſunt de/
mones·mare rubrum eſt baptiſmus in quo ſub
merguntur omnes hoſtes id eſt vicia et pecca /
ta et demones· Et inde eciā eſt q̄ neophiti bap
tizati in ſabbato ſancto p̄cedente ſuo lumine ſci
licet criſto redeunt ad fontem baptiſmi·hijſ
ſeptez diebus gracias agentes· quia inimici eo
rum ſubmerſi ſunt ·ſcilicet vicia· et peccata· et
tunc circa fontes cantāt̄ pſalmi·Laudate pueri
ſcilicet nouiter baptizati·et in exitu iſrahel de e
gipto· q̄z p baptiſmum de tenebris peccati exi=
mus·Duo ergo pſalmi circa fontes cantantur·
quia per geminam dilectionem ad fontē vite p
tingit̄·qui baptizatis et baptiſmo conueniunt
baptizatis·ut laudate pueri· ēt̄ et ē āmonicio
laudis ad neophitos· qui facti ſunt pueri· id ē
a vicijs puri·pro quibus mater eccleſia iubilat
ad fontes in laudez eius gracie p quem meruit
eiſſe quod in cantico amoris audiuit·Fons orto=
rū·p·a·v· poſtea itur ad aliquod oratorium
cū pſalmo·In exitu iſrahel q̄ conuenit baptiſmo cū
dicitur·Quid eſt tibi mare quod fugiſti· Et fit
ſtacio ad crucifixū et redduntur ei grates·quia
ipſe eſt qui baptizat· Unde in euangelio
Super quem videritis ſpiritum deſcendentem·
ēt̄·hic eſt qui baptizat et ſalutatur quia p cru
cem et in cruce nati ſumus animarum noſtraruz
redempcionem· Rurſus per hos ſeptem dies
baptiſmales neophiti quottidie ad eccleſiaz du
cuntur·ſicut enim filij iſrahel licet tranſiſſent
mare rubrum in quo baptizati ſunt·non tn̄ per
uenerūt ad terram promiſſionis· niſi ſub duci/
bus domino illos paſcente ex manna et columna
ignis eos precedēte·ſic et ipſi hijs ſeptē dieb9
ſub ducibus id eſt preſbiteris patrinis et matri
nis ducuntur ad eccleſiā et paſcunt̄ corpore do
mini et cerei precedunt eos· et ſic tandē in ſab=
bato quaſi perueniunt ad terrā promiſſionis
Cereos autē aliquos in ſabbato ſancto dū bap
tizarentur habuerunt· per hanc ēdomodam in
quibuſdam locis ad miſſas et veſperas accēdūt
et in ſabbato in albis et in ſequenti dominica il
los acceuſos offerunt ſacerdoti· Siquidem lu
minaria accenſa·bona opera ſunt· quibus toto
tempore p̄ſentis vite que p ſeptenarium ducit̄
lucere debent·offerunt̄ ſacerdoti·quia poſt hāc
vitā ad ſummū ſacerdotem·id eſt ad criſtum cū
luminaribus bonoruz operū· vendunt·iuxta illd
Uenientes autem venient cum·e·p·m·ſ· Po
teſt eciam dici q̄ proceſſiones veſptinales hu=
ius ebdomade·reuerſionem ſignificant de capti
uitate babilonie Hec eſt enim ebdomoda reuer
tencium qui in fine ſue captiuitatis reuertūtur
ad deum·et veſpere trina ſtacione complentur
ſicut et baptiſmus in trinitatis nomine celebra

tur·Qui vero fontes non habeant non exeant·
ſed quinqz pſalmos continue dicant·et poſt col
lectaz diei·de cruce collectam adiungant·Gedē
veſpe quottidie repetuntur·quia pro vna et ea
dem die tota hec ebdomoda reputatur· In qui
buſdam eciam eccleſijs in hijs ſeptem diebus·
quando deſcenditur ad fontes·ante fertur que
dam ſerpens ymaginarius ſuper virgam et can
dela nouo lumine accēſa ſup caput ſerpentis re
torta affigitur·ex qua cereus paſchalis· et om
nes alie candele eccleſie accenduntur·¶ Circa
quod ſciendum eſt·q̄ ſicut legitur numeri·xxi·c
Moyſes in deſerto erexit ſuper palum ſerpentez
eneum· vt qui percuſſi erent a ſerpentibus p il
lius ſanarent̄ aſpectum in quo criſti paſſio pre
figurata fuit·Unde et dn̄s ait in euangelio io/
hannis· Sicut moyſes exaltauit ſerpentem in d
ſerto·ita et exaltari oportet filium hominis·
·Ideo ergo ſerpens ymaginarius fertur·et aſpi/
citur·ut criſti paſſio memoretur· et per hā a vul
neribus peccatorū ſanemur· Nam ſerpens in pa
lo eſt criſtus in patibulo ·Ideo in benedictione
baptiſmi·et cuz ad fontes deſcenditur quia bap
tiſmus a criſti paſſione virtutem accepit in quo
eciam a peccatis ſanamur et mundamur·Fit hic
in veſperis quoniam ipſe criſtus fuit ſacrificiuz
veſpertinum·Unde p̄s·Eleuacio ma·m·ſ·ue·
Ignis nouus ex ſilice excuſſus·criſtus paſſus·
qui eſt lumen de lumine·ex q̄ cetere candele in
eccleſia illuminantur·quia ipſe illuminat omnē
hominem venientem in hunc munduz·Candela
in capite ſerpentis retorta eſt ſpinea corona in
capite criſti poſita·In completorio vero in qui
buſdam locis pretermittitur pſalmus Qui ha
bitat·ſicut in prima·p̄s· Quicumqz· In hijs
autem ſex diebus dicitur ad miſſaz reſponſoriū
et alleluia·prout infra dicetur·Et dicit̄ primo
reſponſorium et poſt ſequitur alleluia et hoc tri
plici de cauſa·Primo quia enim in laboribus vi
te preſentis exultandum eſt iuxta illud· hilarē
datorez diligit deus· Ideo nunc poſt graduale
et verſum conuenient et ſequitur alleluia·quod
eſt vox leticie· Sed reſponſorium actiuam· alle
luia vero contemplatiuam vitam ſignificat·
Reſponſorium enim ſignificat actionem quam
ſancti exercebunt in reſurrectione corporum· q̄
erit in omni leticia prout uerba reſponſoriorūz
huius temporis declarant·que omnia ſiue uer
ſus eorum excepto eo qui cantatur in tercia fe=
ria·prout ibi dicetur ſunt de pſalmo centeſimo
decimo ſeptimo· Confitemini domino· qui pſal
mus ſonat confeſſionem laudis· et eſt de eterna
leticia·quia igitur omnis illa laus confeſſionis
ſiue actio ad gaudium et dei·glorificacionem tē
dit·merito ab alleluia concludendum eſt· Et q̄
niam eadem actio nichil aliud eſt·quā laus dei·
·Ideo ad hoc oſtendendū poſt hos ſex dies con
tinue canitur ſine reſponſorijs alleluia· Tercio
ideo in hijs ſex diebus hoc fit·quia ſenarius nu
merus ad opa ſicut ſeptenari9 ad requiē referē

Qui enim vult p̄uenire ad requiem oportet' euꝫ
primo toto tempore preſentis vite bene opera⸗
ri. Circa hoc ſciendum eſt ꝙ eccleſia his die⸗
bus ſanctorum actum in corpore cum fine letici
e recolit ſic incipiens actum. ut pertingat ad q̄⸗
etem. p̄mus dies mandat actuꝫ. ſeptimus requi
em geſtat. octauus glorificat. Nempe reſponſo
rium illam actionem ſignificat. quā ſancti in re
ſurrectione corpoꝝ exercebunt. anime quippe
ſanctorum ante reſurrectioneꝫ corporum in qui
ete ſunt. ſed dum illa recipient in actione erunt
et tunc ſic erit actio ut non deſinat quies. In q̄⸗
ete quideꝫ erunt quia non laborabunt nec cogi
tacionibus fluctuabunt. nec erit eciaꝫ in quiete
illa ſegnicies deſidioſa. ſed ſic ab huiꝰ vite ope
ribus in fine quieſcerent. ut in alterius vite acti
one gaudeant. Hec auteꝫ actio ideo nobis p̄ nu
merum ſenariū in memoriā reducit̄. ſicut quia
ſeptenarius numerus req̄em ita ſenarius opera
reſponſorioꝝ ſignificat. Per reſponſoria enim
intelligimus ſanctoꝝ actiones que erunt cum
omni leticia ut iā dictum eſt. Et nota ꝙ predi⸗
cti verſus qui canuntur hijs ſeptem diebus cuꝫ
reſponſorijs dicuntur eo ordine quo poſiti ſunt
in pſalmo Cōfitemini. Vnde ſumpti ſunt excep
tis duobus qui in quibuſdaꝫ eccleſijs ꝑpoſtere
ponunt̄. Nā in q̄nta feria dicūt verſuꝫ Bn̄dictꝰ
qui venit in nomine domini ꝛc̄. qui ibi ponitur
vltimo. Et in feria ſexta verſum. Lapidē quem
reprobauerūt edificantes ꝛc̄. et hoc ideo quia
in illo plenius agit̄ de paſſione ſaluatoris. quā
in alijs verſibꝰ ibi poſitis. et ideo merito illa di
e cantat̄ in qua paſſus fuit. Nec eſt obmitten
dum. ꝙ in quibuſdam eccleſijs in hijs ſeptem
diebus duc in albis ſup pellicijs incipiūt reſpō
ſoriū. Hec dies. Et in alijs quoſdam tropos pꝰ
altare quod repreſentat ſepulchrum pro eo ꝙ
corpus iheſu in eo ſacramentaliter collocatur.
et conſecratur gerentes typum duorum ange⸗
lorum qui ſtantes in ſepulchro criſtum reſurre
xiſſe retulerunt. Verba enim illa. Hec dies ꝛc̄.
ad reſurrectionis diem pertinere noſcunt̄. Rur
ſus cantando poſt altare repreſentāt apl̄os et
mulieres timētes. et criſtum reſurrexiſſe dicere
publice formidantes. Fit autem hoc ad laudes.
ad terciā et ad veſperas. Primo enim ꝙ in his
tribus ſpecialiter horis criſti paſſio eſt expleta
Nam mane captus et illuſus. in tercia flagella
tus et linguis crucifixus. In veſperis de cruce
depoſitus et ſepultus eſt. Secundo in ſig⸗
num ꝙ reſurrectio tribus vicibus nunciata eſt.
Primo ſcd̄m marcum et matheum. per vnuꝫ an
gelum qui ſcd̄m auguſtinū ſtabat in monumē
to non directe. ſed quaſi ad hoſtiū. Secundo p̄
duos angelos qui ſcd̄m johannem ſtabant in
tus. Tercio per ipſū criſtum iux̄ monumentum
Fit eciā h̄ in quibuſdaꝫ eccleſijs ad miſſam. eo ꝙ
illa in altari celebratur ſuper quod criſti cor⸗
pus conſecratur. Ideo autem a paſcha vſq̄ꝫ
ad octauam penthecoſtes canitur alleluia fere
in omnibus antiphonis et reſponſorijs noctur
nalibꝫ et offerēdis et poſtcōmunibꝫ ut celebra
cio tēporis poſt reſurrectionē reducat nobis ad
memoriam vitam contemplatiuam. ſicut tēpꝰ
quod eſt ante paſcha reducit ad actiuam. Tem
pus enim ante paſcha quod in ieiunijs et oraci
onibus agimus ſignificat erumnas huius vite
et tribulacionem captiuitatis in qua duꝫ ſumꝰ
cantica leticie ſubticemus. Tempus vero poſt
paſcha ſignificat beatitudinem et perpetuam
exultacionem in qua poſt reſurrectioneꝫ erimꝰ
Et ideo relaxatis ieiunijs canēdo alleluia quod
interpretatur. laudate dominum frequētamus.
de quo dictum eſt in prohemio huius partis.
Illud tamen notandum eſt ꝙ in quibuſdam ec
cleſijs in hac ebdomada alleluia cantatur in miſ⸗
ſa ſine finali melodia. et verſus antiphona ſine
neuma. ſed in ſequentibus cantatur cum illa.
Et hoc ideo quia i hac cantamus ꝓ dn̄o noſtro
qui in anima et corpore pro reſurrectione iam
factus eſt glorioſus. et illa finalis melodia ex⸗
pectacionem noſtram ſignificat. vel eciam ſan⸗
ctorum ſecunde ſtole expectacionem. tercio er
go quia habemus quod optamus. paruuli nam
que plorant cum panem non habent. ſed cum
habent quod deſiderant tacent. ita et nos quaſi
ploramus alio tempore. quia non habemus qd̄
deſideramus et ſancti quaſi in deſiderio ſunt ex⸗
pectacionis. In quibuſdam eciam eccleſijs in
magnis eciam ſolemnitatibus tacetur illa melo
dia in ſignum ꝙ ſancti pro quibus celebramus
certi ſunt ꝙ ſecundam ſtolam quam expectant.
amittere non poſſunt. Iubilus quidem diuer
ſa notat ut dictum eſt ſub natali. Poro in iſtis
octo diebus cantatur pro memoria neophitorū
et ſingulis diebꝰ ſingula denotata ſunt officia
ꝙ non fit in toto tempore vſque ad penthecoſ⸗
tē. et in prima die ſcilicet in ſabbato ſancto et
in octaua duplices laudes ponuntur. In pri⸗
ma enim dicitur alleluia. confitemini et tractuſ
Laudate dominum omnes gentes. In octaua
vero dicitur duplex alleluia. quod idō fit. quia
prima vita noſtra que fuit ante peccatum. bea
ta fuit. ſed non ſempiterna. ſed vita que erit in
ſeptima quietis erit beata. et ſempiterna. quia
ergo prima vita fuit beata idcirco cantat̄ pri
mo alleluia quod eſt vox angelica in lingua he
braica quia dignior eſt. ſed quia non fuit ſempi
terna. ideo humiliori lingua latina cātatur tra
ctus laudate. quia vero vita que erit i ſeptima
etate. erit beata et ſempiterna. ideo in ſabbato
in albis qui eſt dies ſeptimꝰ duplex alleluia cā
tatur propter duplicem ſtolam ut ibi dicetur.
Nam vita illa que in ſeptima quietis dabitur.
non tolletur. in octaua etate. per que octauum
officium intelligitur. ſed pocius conſummabit̄
¶ Circa cantica leticie notandum eſt. ꝙ quatu⸗
or ſunt ſtatus eccleſie Primus eſt culpe. Se
cundus culpe et pene. tercius pene et gracie.
Quartus gracie et glorie. Primum repſentat.

eccleſia in ſeptuageſima Ideoqꝫ ſubticet· Te
deum laudamus et alleluia·quia non eſt ſpecio=
ſa laus in ore peccatoris · et gloria in excelſis
deo·quia poſitus eſt inter deum et homines pa=
ries inimiciciarum·Secundū repreſentat in ad
uentu·ideoqꝫ et ſupradicta cantica ſubticentur
preter alleluia·quia lex data deum intelligere
docuit et laudare·Tercium repreſētat in eſtiuo
tempore·ideoqꝫ propter graciam acceptam in
feſtiuis iſta cantatur·ſed propter penam iſtam
in ferialibus ſubticentur preter alleluia·quod
eciam quottidie frequentat̄ quia ſpes de reſur=
rectione futura non infirmatur·Quartum rep̄=
ſentat inter octauas paſche et penth̄··Ideoqꝫ ſu
pradicta cantica leticie frequentantur et multi
plicantur quia tamen nonduꝫ habemus gloriā
quam expectamus ideoqꝫ· Te de laudamus et·
Gloria in ex In ferialibus ſubdicemus·et in do
minicis in quibus quaſi dupliceꝫ reſurrectionē
repreſentamus·et eciam in feſtis ſanctorum in
miſſa duo alleluia cantamus·ſꝫ in ferialib9 vnū
ut iam dicetur·Nec te moueat ꝙ non rectuꝫ ſed
prepoſterū ordinem eccleſia repreſentat· eo ꝙ
erūt nouiſſimi primi et primi nouiſſimi·ſic ergo
varietas dierum et ſtatuum humanorum·varie
tatem inducit officiorum·Querendum tamen ē·
quare diuina officia ita diſtinguūt̄ ut alia cele/
brentur cum ſolo reſponſorio·alia cum ſolo allā
Et hꝫ qn̄qꝫ cū ſimplici allā alia qn̄qꝫ cuꝫ duplici
allā·Alia ſimul cū reſponſorio et allā· Et alia cū
reſpōſorio et tractu et alia cuꝫ alleluia et tractu
Dici poteſt ꝙ dies ieiuniorū quibus reſponſori
um ſine alleluia canitur· recolunt actus eorum
qui preſbiteris grauia confitentur· ut ab illis
conſilium accipiant penitendi·Ipſi ergo dies a
guntur cuꝫ ſolo reſponſorio·per quod vita acti
ua intelligitur·que in labore ducitur ſine alle/
luia quod eſt canticuꝫ leticie quia eccleſia dolet
ꝓ talibus tam̄ꝙ pro membris vulneratis et nō
dum ſanatis· Ex eo enim ꝙ alleluia dimittitur
robur eccleſie monſtratur quem habet de ſuis
vulneribus nondum ſanatis·Preterea ideo tūc
non dicitur alleluia · quia non eſt pulchra laus
in ore peccatoris In dieb9 vero profeſtis que
ſunt ab octaua paſche vſqꝫ ad octauam penth̄·
ſimplex alleluia ſine reſpōſorio canitur· Primo
quia dies illi vitam contemplatiuam ſignificāt
que erit poſt reſurrectionem In qua reſponſio n̄
erit·quia p̄nie actus ibi ſuperfluus erit· Sed tn̄
alleluia canetur de percepta immortalitate·Se
cundo qꝛ tunc pro illis canimus qui iam ſunt in
patria·ad quos iam non pertinet actio laborio
ſa quam reſponſorium notat·Sed ſunt in dei cō
templacione et exultacione·que intelligitur ꝑ
alleluia·Tercio quia ante reſurrectionem cor=
porum noſtrorum·Anima ſine corpore deuꝫ lau
dabit·Quarto quia ſancti ante diem generalis
reſurrectionis ſimplicem tantum recipiunt ſto
lam ſcilicet anime· Rurſum in priuatis ferijs
gloria in excelſis deo et cetera · et duplex allā

non dicitur·quia nondum habemus perfectam
iuſticiam nec gloriam quam expectamus· Sed
quia eccleſia iam primam habet reſurrectioneꝫ
·Ideo alio tempore ſemper alleluia canit·preter
quam in ſeptuageſima·ut dictum eſt in prohe/
mio huius partis et ſub titulo de tēpore aduen=
tus ·In octauis vero paſche et in ſabbato in
albis duplex alleluia dicitur·quia tunc tempus
reſurrectionis repreſentamus· et in requie que
erit in reſurrectiōe duplicem ſtolam ſcilicet ani
me et corporis percipiemus·quia erim9 vtroqꝫ
homine·idem in anima et in corpore glorioſi·
Erimus enim incorrupcionis gloria veſtiti ·In
dominicis quoqꝫ que ſunt ab octaua paſche vſ=
qꝫ ad octauam penthecoſtes duplex alleluia di/
citur· Tum quia in reſurrectione quam ipſi di
es ſignificant corpus ſimul cuꝫ anima laudabit
deum· Tum quia duo ſunt vnde letari debet a
nima in die ſempiterna·vnum de percepta leti=
cia·aliud de percipienda in reſurrectione· tum
quia reſurrectio domini que facta eſt in die do /
minica eſt cauſe noſtre reſurrectionis future et
ideo in omnibus dominicis quaſi octauam domi
ce reſurrectionis repreſentamus In ferialib9
vnum·quoniam ante reſurrectioneꝫ anima vna
dumtaxat fruitur beatitudine· Rurſus ideo vſ
que ad octauam penthecoſtes quia in octaua eta
te in qua erit corporum reſurrectio erimus vtro
qꝫ homine glorioſi ·In omnibus quoqꝫ feſtiui=
tatibus illo tempore occurrentibus duplex allā
dicitur·Et hoc primo ꝓpt̄ requieꝫ et fruicionem·
Secundo quia illi iam de duobus gaudent·
ſcilicet de eterna quiete et de diuina viſione·
Tercio quia cum iam habeant gloriam ani=
me ſecuri ſunt de gloria corporis Quarto tūc
vnum alleluia canitur quia quieſcunt ·aliud qꝛ
deum vident· Sex vero dies paſchales vide
licet inter ſabbatum ſanctum et ſabbatum in al
bis ·et dominici dies atqꝫ feſtiui quos celebra=
mus ab octauis penthecoſtes vſque in ſeptua=
geſimam · in quibus reſponſorium et alleluia
canitur· recolunt actus eorum qui elimoſinas
largiendo infirmos viſitando· et ſolum que bo=
na ſunt operando·perſeueranciam habendo in ſā
ctitate quam in baptiſmo receperunt ſine dubio
ad contemplacionem dei perueniunt· Inde eſt
ꝙ poſt reſponſorium quod vitam actiuam ſigni
ficat ſequitur alleluia quod ſignificat contem
platiuam ·ſed tunc vnum tantum ſiue ſimplex
alleluia dicitur propter cauſas ſupradictas·
Prius autem dicitur reſponſorium et poſtea ſe
quitur alleluia prout ſupra dictum eſt· Domi
nici autem dies et feſtiui a·lxx·vſqꝫ in paſcha·
quorū reſponſorijs non alleluia·ſed tractus ſub
ditur·recolunt eos qui ſunt in bonis operibus·
Sed videntes laborem vie timent caſum·nam
temptacōnib9 tonduntur ſine quibus hꝫ vita nō
ducitur Inter reſponſorium enī et alleluia tra
ct9 eſt medius qui neqꝫ in tanta leticia eſt ſicut
alleluia·neqꝫ in tanto opere ut reſpōſorium In

ſabbato vero ſancto gaudentes pro neophitis
noſtris· quia ab omni peccato liberati ſunt can
tamus alleluia· ſed quia eos trahendos varijs vide
mus laboribus tractum adicimus· per quem la
bores intelliguntur· de quo dictum eſt ſub titu· de
lxx· et in prohemio huius partis· Quomodo offi
cia iſtorum· vij· dierum et officia dominicarum que ſunt
inter paſcha et penthecoſten adaptentur· vij· do
nis ſpiritusſancti ſub vigilia aſcenſionis· et ſub
ſabbato in albis dicetur· Circa euangelia que
hoc tempore leguntur ſciendum eſt quod omnia ptinentia
ad reſurrectionem ſecundum iuxta ordinem ſcriptorum ponuntur·
Matheus enim primo ſcripſit· Secundo marcus
tercio lucas· vltimo johannes· vnde primo ponitur
euangelium mathei in vigilia paſche· In ipſo ve
ro die paſche euangelium marci· In ſecunda et tercia
feria euangelium luce· In quarta et in quinta feria
et in ſabbato euangelium johannis· In ſexta fe
ria interponitur euangelium mathei· Sane in euan
gelijs vigilie et diei tantum agitur de annunciacione
reſurrectionis facta per angelum· In alijs de viſi
one· Conueniebat enim ut prius annunciaretur domi
ni reſurrectio· et poſt ea ad maiorem fidem facien
dam corporaliter ipſe ab omnibus videretur· tria ve
ro johannis euangelia omnino propter hoc poſtere poſita
ſunt· primum namque fuit quod legitur in ſabbato poſt
ea quod legitur in vna feria et aliquanto tempore
poſt quod in quarta feria legitur· Nam maria mag
dalena cum veniſſet ad monumentum et non inue
niſſet corpus domini ſublatum credidit et cucur
rit et nunciauit petro et johanni qui cucurrerunt
ad monumentum· et johannes precucurrit· ſed
non ſtatim introiuit· ſed petrus tandem veniens in
troiuit· et poſtea iohannes intrauit· et cum non
inueniſſent redierunt ad propria· hoc legitur in ſab
bato illis redeuntibus maria remanſit ad monu
mentum et inclinans ſe in monumentum· vidit
vnum angelum ſedentem ad caput alium ad pe
des qui dixerunt· Mulier quid ploras· que dixit
quia tulerunt dominum meum et neſcio vbi poſue
runt eum et tunc conuerſa retrorſum vidit ihe
ſum qui dixit ei· mulier quid ploras quem que
ris· et illa reſpiciens· et ortulanum eum eſſe cre
dens dixit· Domine ſi tu ſuſtuliſti eum dicito
michi et ego eum tollam· hoc legitur in quinta feria
Aliquanto tempore poſt petrus iuit piſcatum
cum ſex alijs ad mare tyberiadis vbi dominus ap
paruit eis in littore· et hoc legitur in quarta fe
ria· Sed quare hec omnia· ſolucio in quarta fe
ria cantatur illud quod cantabitur ſanctis in die iudi
cij· venite benedicti patris mei etc· Et in illo
euangelio quod eadem die legitur dicitur quod domi
nus apparuit diſcipulis in littore maris Et hoc
bene conuenit· Nam per litus maris· vt dicit
beatus gregorius ſuper illum locum finis intel
ligitur mundi· in quo dominus apparebit ſuis
glorioſus et tunc petrus trahet ad littus rethe
plenum magnis piſcibus· centum quadraginta
tribus nec tamen ſcindetur rethe· per Petrum intel
ligitur ordo ſanctorum prelatorum· qui de fluc
tu huius ſeculi ad littus ſtabilitatis eterne du
cent eos qui per ipſos conuerſi ſunt· ſed hoc at
tribuitur ſoli petro propter eccleſie vnitatem·
Sed quare legitur in ſabbato in albis euange
lium quod tunc legitur· Reſpondeo quod officium
illius ſabbati cum officio precedentis ſabbati ſan
cti in multis conuenit· Nam in precedenti ſabbato
duplex laus cantatur ſicut et in hoc· et eciam lectio
in conuenit· quia in lectione precedentis ſabbati dicitur
que ſurſum ſunt ſapite· non que ſuper terram et in
lectione ſequentis dicitur· Deponentes omnem
dolum etc· et ita tamquam lapides viui edificamini
et cetera· Et nichil aliud eſt quam que ſurſum
ſunt ſapere· Conueniebat igitur ut euangelium euan
gelio correſponderet· quod fit in eorum princi
pijs· Nam in euangelio precedentis ſabbati dicitur
Veſpere autem ſabbati que luceſſit in prima ſab
bati· id eſt diluculo venit maria magdalena
Et in euangelio ſequentis dicitur· Vna ſabbati
maria magdalena venit ad monumentum cum
adhuc tenebre eſſent quod idem eſt· In hoc tamen
videtur differencia quia dicitur ibi quod venit maria mag
dalena et altera maria· hic non fit mencio niſi de
maria magdalena· ſed ut ait auguſtinus in libro
de concor· euangeliorum· Ideo johannes ſolam
mariam magdalenam nominat quia fuit ceteris
feruencior· nec tamen ideo ceteras non excludit
Euangelium vero mathei legitur in ſexta feria
quia dominus per paſſionem meruit ſibi dari po
teſtatem in celo et in terra· vel pocius datam no
tifficari· Et quia dominus in ſexta feria paſſus eſt
ideirco legitur euangelium mathei in ſexta fe
ria· in qua dominus ait diſcipulis Data eſt mihi
omnis poteſtas in celo et in terra· Vnde apoſtolus
Criſtus factus eſt pro nobis obediens patri
vſque ad mortem· mortem autem crucis· propter
quod et deus etc· Vbi ergo poneretur euangelium
in quo agitur a johanne de prima viſione do
mini que facta fuit marie magdalene niſi in quin
ta feria· In prima enim die non poterat poni propter
dictas decauſis· nec in ſecunda nec in tercia nec in
quarta· nec in ſexta nec in ſabbato· Vnde re
ſtat quod in quinta feria neceſſario poni debuerit·
Aiunt quidam quod licet in ſecunda feria legatur
euangelium de apparicione domini facta diſci
pulis euntibus in emaus· non tamen illa facta
fuit ea die· ſed in precedenti decem etenim appa
riciones poſt criſti reſurrectionem in euangelijs
inueniuntur ad fidem noſtram confirmandam·
quinque in prima die et quinque poſtea· ſed in apo
ſtolo dicitur· quod in die reſurrectionis apparuit ja
cobo· et quingentis ſimul fratribus Et ſicut
quidam dicunt in ipſa eciam die primo apparu
it matri ut dictum eſt in quarta parte ſub titulo
de acceſſu pontificis ad altare· Et jacobo qui
votum vouerat non comedere· ſed et· Joſeph
qui pro eo tenebatur in carcere· Verum quia
de viſione angelorum· et de maria magdalena
euangeliſte diſcordare videntur· ideo aliqua ſu
per hoc preter propoſitum dicamus· Nam math·

dicit ꝙ mulieres viderunt angelum ſedentē ſu
per lapidem qui tamen erat extra monumentū
Marcus dicit ꝙ introeuntes ipſe in monumētum
viderunt eum ſedentem a dextris. Johannes di
cit ꝙ maria magdalena vidit duos āgelos vnū
ad caput. alium ad pedes ſedentes. Lucas dicit.
ꝙ duo angeli ſtantes dixerunt marie magdale
ne. et alijs. cur queritis viuentem et cetera. Jo
hannes dicit ſolam vnam veniſſe ſcilicet mariā
magdalenam. Matheus duas ſcilicet eam et aliā
Marcus tres ſcilicet eam et mariam matrem ja
cobi minoris. et mariam filiam ſalome que fuit
mater filiorum zebedei ſcilicet jacobi maioris et
johannis euangeliſte. ſecundum Chriſoſtomū
Tantum ſalome filia fuit. Lucas enim plures
dicit. dicit enim. Erat autem maria magdalena
et johanna jacobi minoris ſubaudi mater et ce
tere que cum ipſis erant. et alie venerunt quas
non numerant euangeliſte. Eccleſia tamen tres
marias repreſentat. Rurſus matheus dicit
ꝙ mulieres certificate per angelum. inter quas
erat precipue maria magdalena denunciauerūt
apoſtolis dominum reſurrexiſſe. Et johannes
dicit. ꝙ maria magdalena nunciauit petro et jo
hanni eum ſublatum fuiſſe. Vera quidē ſunt
omnia que dicunt euangeliſte in hijs et non ſūt
aduerſa. ſed quod vnus minus dicit. alius ſup
plet. Verum eſt enim ſicut narrat matheus
quod primo viderunt angelum ſedentem ſuper
lapidem quem reuoluerat ab hoſtio monumenti
qui et dixit eis eum reſurrexiſſe et adiecit. Veni
te et videte locum vbi poſuerunt eum. et tunc ip
ſe ſurgens preceſſit eas in monumentum. et ſe
dit in dextris ſicut narrat marcus. Poſt maria
magdalena vidit vnum ad caput et alium ad pe
des ſedentes. ſicut dicit johannes qui dixerunt
ei. Mulier quid ploras. et nunciauerunt eum re
ſurrexiſſe. et tunc ſurrexerunt ipſi ut apparerēt
ei ſtantes ſicut dicit lucas. ut in hoc quod ſurre
xerunt dominum ſurrexiſſe oſtenderent. et cum
ſtarent dixerunt ei et alijs. cur queritis viuen
tem cum mortuis. id eſt eum qui reſurrexit. cur
queritis in ſepulchro quod eſt locus mortuorum.
Ambroſius dicit duas fuiſſe marias. magdale
na vna. que ſecundum matheum ſciuit dn̄m reſur
rexiſſe Alia que ſcd̄m johannem neſciuit. ſed cor
pus ſublatum credidit. Auguſtinus de vero
cor. euangeliſtarum ſic ſoluit. Dicit enim ꝙ cum
maria magdalena cū alijs veniret diceēdo. Quis
reuoluet nobis lapidem ab hoſtio monumenti.
cū adhuc aliquātulum longe eſſe vidit lapidē
reuolutum. et ſtatim cucurrit ad petrū et johā
nem et ſignauit eis corpus domini fuiſſe ſubla
tum. qui venientes inuenerunt monumentum
vacuum et credentes ꝙ fuiſſet ſublatum redie
runt. Maria autem iterum adiunxit ſe alijs et
propius accedens cum eis vidit angelum ſedē
tem ſuper lapidem ſicut dicit matheus. et cete
ra ſicut ſuperius dicta ſunt. Zacharias qui com
poſuit vnum euangelium ex q̄tuor aliter ſoluit.

dicit enim ꝙ maria magdalena et alie venerūt
ad monumentum et viderunt angelum ſedentē
ſuper lapidem. ſicut dicit matheus. et poſt in mo
numento ſicut dicit marcus. et inde duos ſtan
tes vnum ad caput et alium ad pedes. ſicut dicit
Lucas. ſcilicet illum priorem cum alio vel eo di
ſparante alios duos qui dixerunt. Cur quere
tis viuentem cum mortuis. et ſignauerunt eum
reſurrexiſſe. Alie crediderunt verbis eorum.
maria remanſit incredula. vnde alie nunciaue
runt diſcipulis dominum reſurrexiſſe illa nunci
auit petro et johanni eum ſublatum fuiſſe. que
poſt aduentum et receſſū eorū ſola remanſit ad
monumentum. que inclinans ſe in monumentū
vidit duos angelos ſedentes vnum ad caput et
aliū ad pedes. ſicut dicit johannes. qui dixerūt
ei. Mulier quid ploras. et illa reſpondit. quia
tulerūt dominum meū et neſcio vbi poſuerunt
eum. et conuerſa vidit dominum. qui dixit ei.
Mulier quid ploras. quē queris. et illa putans
eum ortulanum eſſe dixit. Domine ſi tu ſuſtuli
ſti eum dicito michi. et ego eum tollam. et tunc
dominus eā ex nomine nominauit. et ipſa tūc eū
cognouit. et poſt plures locuciones angelorū
tunc primo credidit et voluit procidere ad pe
des domini. et dominus dixit ei noli me tangere
Nondum enim aſcendi ad patrem meum. ſubin
telligitur in corde tuo. quaſi diceret. quem que
ris. tanquā mortuū. non credis patri eſſe equa
lem. Et adiecit enim dominus. Vade et dic fra
tribus meis. Aſcendo ad patrem meum et patrē
veſtrum et cetera. id eſt in proximo eſt ut aſcen
dam. et ipſa cepit ire iam certificata et inuentis
alijs mulieribus iuit pariter cum eis. hoc nunci
are apoſtolis. et in illa via apparuit eis dominus
dicens. Auete que acceſſerunt et tenuerunt pe
des eius. Predictū autem modum loquendi in
quo quaſi generaliter dictū eſt ꝙ mulieres iue
runt nunciare dominum reſurrexiſſe cum tamen
maria que erat vna de illis. tunc incredula fuit.
ſepe in ſcripturis inuenimus. ſicut et dominus di
cit diſcipulis et me ſcitis et viam meam ſcitis.
Cum tamen quidem eſſent inter eos qui hoc ne
ſcirent. Unde dominus. tanto tempore vo
biſcum fui. et non cognouiſtis me. et cetera.
Sed illud primo dictum eſt ſcientibus. iſtud ig
norantibus. ita eciam dicitur. ꝙ dominus in aſcē
ſione apparuit diſcipulis. et exprobrauit incredu
litatem et duriciam cordis eorum quia hijs qui
viderant eum reſurrexiſſe non crediderūt. cum
tn̄ aliqui inter eos fuerint qui iam crediderāt.
ſicut petrus et alij plures ſed illud primo dictū
eſt de incredulis. hec opinio videtur probabili
or quam ſecunda. et quod dixit ambroſius. nō
eſt credendum quod dixerit aſſerendo. ſed alio
rum opiniones referendo. licet ipſe eam argu
mentis probare videatur. quibus iuxta predi
ctam opinionem leuiter reſpondetur. et fere to
tum quod ipſe inducit. per interempcionem ſol
uit. verum ꝙ ipſe dicit ꝙ vna maria fuit ſcd̄m

mathꝫum que ſciuit dominum reſurrexiſſe·hoc ē
falſum·quia alijs credentibus verbis angeli ip
ſa remanſit incredula·Auguſtinus vero non ſic
fuiſſe dicit ut narrat·ſed narrat ita potuiſſe fu=
iſſe Vnde probaliori ſentēcie non preiudicat

## De ſecunda feria poſt paſcha·R·

Quia per gloriaꝫ reſurrectionis imple
uit dominus que promiſit in veteri te
ſtamēto ut videlicet introduceret nos
in terram fluentem lac et mel· jdeo di
cit eccleſia in introitu huius ſecunde ferie·
·Introduxit nos dominus in terram fluentē lac
et mel·exo·xiij·qꝛ criſtus iam introductus eſt
et eccleſia triumphans in re·Eccleſia vero mi=
litans in ſpe·Epiſtola ſumitur de actibus apo=
ſtolorum·x·c·Stās petrus in medio ač·ꝛ intē
dit ꝓbare paſſionē criſti ꝛ reſurrectionem·vñ
dicit huic omnes ꝓphete teſtimoniū ꝑhibent·
Euāgeliū·duo ex diſcipulis·Luce·xxiiij·c·con
cordat epiſtole de apparicōne domini diſcipul
eūtibus in emaus·ibi enim habet̄ qꝛ cognoue/
runt eum in fractione panis· Quid eſt fractio
panis niſi expoſicio ſcripture·ibi enim cogno=
ſcit̄ dñs·Reſpōſoriū vero ꝯcordat cū introitu
Dicat nunc iſrahel·Allā·Nonne cor noſtꝝ erat
ardens·ač·eſt de ſcripturaꝝ expoſicione·In a
lijs eccleſijs dicit̄ allā·Angel9 dñi·math·vl·c
Offertorium·Angelus domini ꝛč·eſt d̄ teſtimo
nio apoſtoloꝝ·Poſtcōmunio·Surrexit dñs·
ꝛč·luce vl·c·eſt de apparicione que facta eſt pe/
tro·Multiplicat igitur apparitiones ut dictum
eſt ad ꝯfirmandā fidem·Sane ex hodierno euā
galio ſumit̄ alleluia·nonne ꝛ offerenda·Ange
lus dñi·ex eo qꝛ ibi dicitur·mulieres viſiones ā
gelorum vidiſſe qui dicunt eum viuere·Simili
ter ꝛ cōmunio·Surrexit domin9 ex eo·qꝛ ibi di
cit̄·ſurrexit dñs vere ꝛ apparuit ſymoni·ad pie
tatē ꝗ pertinet hoc officiū in ꝗ ꝯtinet̄ rememo
racio ſcripturaꝝ·et ꝑ pietatem accedit ad mā
ſuetudinē·Manſuetis autē terra ꝓmittit̄ illa
de qua dicitur·Beati mites qm̄ ipſi poſſidebunt
terram·ſcilicet fluentē lac et mel·Vñ in introi
tu·ſcilicet·Introduxit nos dñs in terram fluē
tem lac et mel·et ſunt hec verba moyſi populū
poſt eſum agni de egipto ducentis·Introduxit
inquam ſpe·ſed in illam poſtea introducet re·
quam caleph dedit axe filie ſue irrigatam irri/
guo ſuperiori in inferiori et irriguū inferius
timor eſt·ſuperius amor·Caleph etenim qui ꝗ
ſi cor interpretatur·dat anime deuocionem cū
timore pariter et amore· In hac ſecunda fe/
ria fit in vrbe ſtacio apud ſanctum petrum ꝓpt̄
hoc qꝛ in euangelio habet̄·et apparuit ſimoni ꝛ
quia ibidem dicitur·Nonne cor noſtrum ardens
erat in nobis·quia ipſe pre ceteris magis arſit
dominum diligendo·Hac die piſces viuos inſpi
cimus recolentes cum gaudio qꝛ dominus ad ꝓ
bacionem reſurrectionis partem piſcis aſſi co=
medit· Et in tercia feria ad fontes imus·ut ibi
dicetur·et mulieres verberant viros·eciam in
hijs tribus diebus eſt feriandum prout ſub pa
ſcha dictum eſt·

## De tercia feria poſt paſcha·R·

In tercia feria oſtenditur per quod habeatur he
reditas celeſtis patrie·oſtenſo vero in ſecunda
feria qꝛ in terram fluentem lac et mel iaꝫ intro=
duxit nos deus in ſpe·et poſtea introducet in re
oſtendit per quod habeat̄ quia per diuinam ſci/
enciam ſiue cognicionem domini noſtri· Vnde
hec tota feria eſt de cognicōe ſiue ſapienca dei
et inde introitus eſt·Aqua ſapiencie et cetera·
Eccleſiaſtici xv·ca·et eſt ſeptimi toni·quia in
ſeptem donis ſpiritusſancti eſt iſta ſapiencia·
·In epiſtola·Surgens paul9 actuū tredecimo
capitulo·oſtenditur criſti paſſio et reſurre=
ctio·per quam hec ſapiencia habetur·Qui enim
veram fidem habet de hijs habet ſaporem dei·
Hec autem cognicio·eſt dies quaꝫ fecit domi=
nus·de graduali ergo patet·Et nota qꝛ cū oēſ
graduales verſus huius ebdomade ſumantur
de pſalmo centeſimo decimoſeptimo·ſcilicet cō
fitemini·qui eſt nonus poſt Dixit dominus·ho=
diernus ſumitur de pſalmo·capitulo ſexto·ſcili=
cet Confitemini·qui eſt decimus in matutinali·
Cantate eo qꝛ iſte pſalmus exhortatur fideles
ad laudes dei·qui per ſapienciam ſui redemit et
liberauit eos de quadruplici tēptacione quia li
berauit eos de neceſſitatibus coruꝫ id eſt ab in
fidelitate·et quia liberauit eos de neceſſitatibuſ
eorum id eſt a praua conſuetudine·et liberauit
eos a tedio bone actionis et eduxit eos a verſu/
cijs heretice impugnacionis·Alleluia eſt·Sur
rexit dominus et apparuit mulieribus·Vel ſecū
dum alias eccleſias·oportuit quod ſumitur de
euangelio·In alijs eciam dicitur·ſurrexit domi
nus vere·Luce vltimo capitulo·In euangelio
vero·Stetit iheſus et cetera·Luce viceſimo
quarto capitulo·oſtendit dominus·et probat
reſurrectionem ſuam diſcipulis ſuis·per qua=
tuor·primo per conſuetum moduꝫ loquendi cū
dixit·Pax vobis·Loquebatur enim eis ſepe de
pace·Et amator pacis erat·vnde et ipſe domi=
nus inquit·In me paceꝫ habebitis·In mundo au
tem preſſuram·Pacem relinquo vobis·pacem
meā do vobis·Secundo per hoc oſtendit ſe pal
pabilem·Tercio quia cum eis comedit·Quarto
quia eis aperuit ſenſum ſcripturaruꝫ·Et quia
hanc ſapienciaꝫ dominus dedit per ſe ꝛ per apo
ſtolos·ideo dicitur in offertorio· Intonuit de
celo dominus·id eſt de apoſtolis·ut omnes cre=
derent in illum·Hec enim inquit johannes ſcꝑ
ta ſunt ut credatis·et credentes vitaꝫ eternam
habeatis In poſtcommunione ꝗ eſt ad coloceñ·
iij·ca·inuitamur ad hanc ſapienciam·Si ꝯſur=
rexiſtis cum criſto·que ſurſum ſunt ſapite·ecce
de ſapiencia·Et quia de ſapiēcia habetur in hac

lib'

~~Rñ~~
~~ſecunda~~ feria · ideo fit ſtacio ad ſanctum pau=
lum qui fuit ſapiencioꝛ omnibus apoſtolis · ſeu
cui dominus ſingulariter aperuit ītelligēciā ſcꝑ
turarum · de quibus legitur in euangelio et in ī
troitu · Vnde ipſe dicit · non a me nec ab homine
accepi euangeliū meum · ſed per reuelacionem
domini mei ihesu cristi · vel quia per euꝫ maxime
adimpletum eſt quod in euangelio legitur · ſci
licet oportuit predicare penitenciam in omnes
gentes · ideoqꝫ et eius predicacio legitur in ho
dierna lectione actuuꝫ apoſtolorum · hac die vi
ri verberant mulieres prout ſub paſcha dictuꝫ
eſt · Hac eciam die ad fontes imus · pro eo qꝛ ho
die in introitu viri beati aqua ſapiencie potati ·
referuntur et in offertorio fontes aquarum a=
peruiſſe memorentur ·

## De quarta feria ·

Oſtenſo in tercia feria de celeſti patria
et per quod habeatur oſtenſo eciam in
ſecunda feria qꝛ in terram fluentem
lac et mel · ꝛc̄ · introducimꝰ ideo nunc in
hac quarta feria inuitamꝰ ad illā Vn̄ introitꝰ ē
Venite benedicti patris mei ꝛc̄ math · xxv · ca ·
Quia vero dominus dicit · Penitenciam agite ·
appropinquabit enim regnum celorum · ꝛ quia
ibi non intrant niſi purificati per penitenciam ·
Ideo beatꝰ petrus in epiſtola · Aperiens · actuū
tercio inuitat iudeos ad penitenciam · ideo autē
ad penitenciam īuitatꝰ homo · ut de filio diaboli
fiet filiꝰ dei · et hec mutacio dextre excelſi prop
ter quod in reſponſorio habetur · Dextera domi
ni fecit virtutem · Sequitur alleluia de reſurre=
ctione · Surrexit dn̄s et cetera · Et in alijs eccleſi
is eſt · Criſtus reſurgens et cetera Semper em̄
in hijs diebus aliqua de reſurrectione dicuntur
In alijs enim dicitur · Cum ſederit · mathei · xxv ·
ca · Quia vero hec mutacio fit eciam quando ho
mines fiunt filij dei propter predicacionē · ideo
in euangelio manifeſtauit ſe ihesus · johannis
xxj · capitulo · Dicit dominus Mittite in dextram
nauigij rethe · hoc facit qui tantum predicat ꝓp
ter deuꝫ et tunc trahuntur magni piſces · Poſt
ea dedit eis piſcem aſſum · Piſcis aſſus id eſt cri
ſtus paſſus · Hec erit refectio in patria cū come
demus panem angeloruꝫ · De quo in offertorio
Portas celi ꝛ cetera · Poſtcommunio eſt · Criſtꝰ
reſurgens · ro · vj · capitulo · Et quia beatus lau
rencius fuit vnus de magnis piſcibus et fuit aſ
ſatus pro criſto · ideo fit ſtacio ad beatum lau=
rencium ·

## De quinta feria ·

Quinta feria eſt de conuerſione gencium
propter paſſionem et reſurrectionem ·
vnde introitus eſt · victricem manum
tuam laudauerunt pariter criſtiani qꝛ
ſapiencia aperuit os mutorum · vnde yſa · vice
ſimo quinto capitulo · Tunc claudus ſaliet ſicut
ceruus · ꝛ aperientur lingue mutorum quod fa
ctum eſt qn̄ xp̄s demones eiciebat · et faciebat
homines mutos loqui · vnde in euangelio · Erat
ihesus eiciens demonium et illud erat mutum ·
In epiſtola vero · Angelus domini actuuꝫ octa
uo ſignificatur conuerſio iſta gencium · Vnde
dicitur ibi de eunucho qui conuerſus eſt a phi/
lippo qui īterpretatur os lampadis ſiue os illu=
minans · quia quāqꝫ per ſcripturaꝝ inſpectionē
vel predicacionem cōuertitur homo vt gētiles
qui ſignificātur per eunuchum quandoqꝫ vero
per inſpiracionem conuertitur ad dominum · ut
habetur in euangelio qꝛ apparuit marie magda
lene · Quia vero per conuerſionē gencium fa/
ctus eſt criſtus lapis angularis · ideo in verſu
reſponſorij habetur · Lapidem quem reprobaue
runt edificantes et cetera · et quia vera conuer
ſio fit per penitenciam · ideo ſequitur alleluia
mathei · xxvj · In die reſurrectionis mee dicit do
minus precedam vos in galileaꝫ · id eſt in tranſ
migracione de vicijs ad virtutes · Euangeli
um · Maria ſtabat · johannis viceſimo capitulo ·
eſt de apparicione domini · marie magdalene in
ſpecie ortulani ſiue peregrini · quia peregrinus
eſt deus homini quamdiu eſt ī peccato In offer
torio · In die ſolemnitatis · exodi quarto et · xiij ·
capitulo · ſimiliter promittitur conuertentibus
vera beatitudo · In poſt communione vero po=
pulus et cetera · j · Regum ſecundo capitulo · ad
laudandum inuitamur · et fit ſtacio ad ſanctos
apoſtolos · quia in philippo qui interpretabatꝰ
os lampadis · intelliguntur omnes apoſtoli · ꝑ
quorum predicacionem conuerſio gencium fa=
cta eſt Item quia fratres domini · de quibus in
euāgelio legitur ſunt apoſtoli per quos os mu
ti apertum eſt · et diſerte lingue infancium · ideo
ſtacio fit ibi ·

## De ſexta feria · R ·

Sexta feria eſt de inſtitucione baptiſmi
vnde introitus eſt · ꝑtt Eduxit eos do
minus · ſcilicet de egipto · id eſt de te=
nebris peccati · ꝛ inimicos eorum ope
ruit mare · id eſt baptiſmꝰ et ſubicitꝰ ibi ter alle
luia · propter liberacionem ab hoſtibus et bonū
gracie · Poſtmodum ſequitur epiſtola · criſtus
ſemel ꝑma petri tercio captitulo · in qua beatuſ
petrꝰ agit de baptiſmo · et de archa noe Sicut
in diluuio per archam ſalue facte ſunt anime li=
cet pauce ſcilicꝫ octo ſimiliter ꝛ in baptiſmo · qꝛ
ſicut in aquis diluuij · que mundauerunt to=
tum mundum · mundus a peccatis purgatus eſt ·
et per archā anime ſalue facte ſunt · ita et in a/
quis baptiſmi · in quo omnia peccata mundata
ſunt · per eccleſiam ſaluati ſumus · Sequitur
graduale · Hec dies quam fecit dominus · ver=
ſus · Benedictus qui venit in nomine domini ·

eſt enim homo qui cōſecrat baptiſma· ſed deus
eſt qui inuiſibiliter baptizat Vnde ſequitur·
deus dominus et illuxit nobis·ſcilicet per illumi
nacionem baptiſmi·et per illuminacionez legis
domini· Alleluia eſt· Angelus domini cum du/
plici verſu·ſicut in die paſche· in quibuſ daz ec
cleſijs· quia in hac die agit̄ de inſtitucione bap
tiſmi· Vnus verſus eſt ꝓpter criſti reſurrectio
nem in corpore· alius propter ſtolam anime·
quam in baptiſmo ſuſcipiunt baptizati·Euange
lium vero eſt de inſtitucione baptiſmi·ſcd̄m ma
theum vltimo capitulo· vndecim diſcipuli abie
runt in montem quez conſtituit illis jheſus et ſe
quitur ibi·Euntes docete omnes gentes· bapti
ſantes eos·in nomine patris·et cetera·Et quia
in memoria debemus habere iſtum diem propt̄
inſtitucionez baptiſmi·ideo ſequitur in offerto
rio·Erit nobis memorialis dies iſta et cetera·
exo·xij·et·xiij· capitulo·memorialis quidem de
bet eſſe dies·in qua de vicijs ad virtutes tranſi=
mus·hec enim dixit moyſes in die paſche· Poſt
communio eſt·Data eſt michi omnis poteſtas·
mathei vltimo capitulo· Quia vero beata vir=
go creditur interfuiſſe in inſtitucione baptiſmi
quia ut iheronimus· ait hoc apud Nazareth in
domo eius actum eſt·ideo hac die fit ſtacio in ec
cleſia eius·

## De ſabbato in albis·

Sequitur de ſabbato in albis in quo ē
introitus· Eduxit dominus populum
ſuuz in exultacione· hoc maxime in ex
tremo ſabbato fieri intelligimus·qn̄
erit verum ſabbatū· Sed ne iudei credant hoc
dictum eſſe de ſe· Sequitur in epiſtola beati
petri prima·ij·capitulo· Fratres deponentes
omnem maliciam et dolum·et cetera·ſequit̄ du=
plex alleluia ſine graduali· Primo quia nunc
terminatur ſeptuageſima poſtquam ſequitur
octaua reſurrectionis quando habebit̄ duplex
ſtola anime ſcilicet et corporis·et ceſſabit labor
operis de quo dctium eſt in prohemio h9 par=
tis· et ſub ti· de ſeptem diebus poſt paſcha
et in quarta parte ſub titulo de alleluia· Secun
do quia in die iudicij plenum erit gaudium pro
dominica et noſtra reſurrectione· Tercio gemi
natur alleluia·quia tunc erit leticia ſempiterna
quia enim erit leticia vnum alleluia quia ſempi
terna ſecundum concinitur alleluia· Quarto qr
in octaua reſurrectionis omnis ſollicitudo depo
netur qd̄ ſignificat̄ i hac octaua die i qua veſtis
candida ſiue criſmale deponitur· ideo in albis n̄
cantatur graduale·ſꝫ duplex alleluia· quia tūc
erimus in albis· Item ꝙtum ad reſurrectionez
domini non debet graduale cantari· neqꝫ ꝙtum
ad baptizatos ·et ideo cantat̄ vnum alleluia ꝓ
baptizatis ſcilicet· Laudate pueri dominum· et
aliud de reſurrectione domini ſcilicet· Hec dies
quam fecit dominus·preterea ideo poſt
alleluia hec dies ſequitur alleluia Laudate pue
ri quia de leticia animarum tranſient ad gloriaz
incorruptibilem corporum· Euangelium vero
vna ſabbati· johannis viceſimo capitulo· eſt d̄
duobus diſcipulis qui currebāt ad monumētū·
petrus ſcilicet et iohannes· qui ſignificant du·
os populos·cucurrit tamen cicius johannes id
eſt iudaicus populus· quia habebāt prophetaſ
ſcilicet jheremiam yſaiam· et alios qui de paſſio
ne domini locuntur·ſed petrus cicius intrauit·
id eſt gentilis populus·non tamen intrauerunt
iudei in multitudine· qui enim credit intrat·
Sicut dicit auguſtinus Et attende quia epiſto
la et euāgelium huius ſabbati concordant cuz
epiſtola et euāgelio ſabbati ſancti prout dictū
eſt ſub titulo de ſeptem diebus poſt paſcha··In
offertorio vero d̄ illuminacione poſt baptiſmū
aguntur grates· Benedictus qui venit et cete
ra· Poſtcōmunio eſt· Omnes qui in criſto bap
tizati eſtis criſtū induiſtis·gala·iij· die iſta fit
ſtacio ad eccleſiā beati johannis in laterano·qr
ibi enim in precedenti ſabbato baptizati ſūt pu
eri·et in octaua die in lege circūcidebātur ideo
recte hac die ipſi conueniunt· ut hoc ſpirituali/
ter agatur in baptizatis ·et hoc eſt quod dicit̄
in epiſtola·deponentes omnem maliciam et om
nem dolum et cetera· quaſi modo geniti infan=
tes·ne per feneſtras quinqꝫ ſenſuuz intret morſ
Dicitur autem ad horas capitulum· Criſtus re
ſurgens·ro·ſexto capitulo·et illud Expurgate
vet9 et cetera·i·ad corinth· quinto capitulo·et
illud Criſt9 paſſus eſt·prima petri·ij· Quia ve
ro in tota ſeptuageſima·que vſqꝫ ad hanc diez
protendit penitenciam egimus·ideo eccleſia ho
die celebrat in albis ut magis ac magis albi ſi=
mus ſicut dominus ait in euangelio mathei· iij·
Agite penitenciam·appropinquabit enim reg=
num celorum· Quare hoc ſabbatuz dicitur in al
bis·dictum eſt ſub paſcha· Hac die dominus pa
pa diſtribuit agnos dei· Alicui eciam diſtribui
tur cereus paſchalis·de quo dictum eſt ſub ſab
bato ſancto·et cetera·

## De recapitulacione euangeliorum·R·

Poteſt eciaz aliter dici· qr ideo in p̄miſ
ſis ſeptem dieb9 baptiſmalia celebrā
tur officia· vel quia baptizati ſapien
cia ſeptiformi docentur· vel quia ipſo
ruz temporis vniuerſitas dierū ſeptenario vol
uitur quib9 quia fides ſpes et caritas precipue
ſunt neceſſaria ideo trib9 pſalmis vtimur in no
cturnis· Singulorum autem dierum officia ſic
poſſumus ſeptem ſpiritibus et beatitudinib9 co
aptare·officium quidez dominice reſurrectiōis
pertinet ad timorem quo timemus terribilem ſē
tenciam iudicis· Cum enim dicet ·pater
rex et iudex omnium· Reſurrexi et adhuc te
cum ſum· id eſt in ſugillacionem inimicorum·

dicentiũ·quando morietᵘ·et peribit nomen ei9·
tunc magnus erit timor et tremor ·Unde et in
offertorio·Terra tremuit et cetera ſpiritus ti=
moris vt fundamētũ ponitᵘ·Sed quare a timo
re incipientes in ſapiencia terminamus cũ yſa·
cepit a ſapiencia et deſcenderit ad timorem·Re
ſpondeo·yſaias·ſaluatorem deſcripſit qui car=
nem aſſumendo deſcendit·Nos vero de terrenis
ad celeſtia tendere conamur· et ideo gradus a
ſcendendo connumerare debem9·ut a timore ad
ſapientiam peruenire poſſumus· ·In ſecunda
feria legitur euangelium de duobus diſcipulis
euntibus in emaus·quibus dominus apparuit·
et ſcripturas moiſi et omnium prophetarum a/
peruit· Et attende q̄ licet hodie legatur euã
gelium de apparicione domini·non tamen ho=
die·ſed heri apparicio fuit· Ad pietatem er
go pertinet hoc officium in quo continetur re=
memoracō ſcripturarum et accedit ad manſue/
tudinem prout ibi dictum eſt· In tercia fe
ria legitur euangelium· Stetit iheſus vbi mul
tiphariè ſuam reſurrectionem pro ati ·ſcilicet
per viſum·per tactum·et per guſtum·et etiam
per auditum·cum ſcripturas etiam exponit q̄d
pertinet ad ſcienciam· Unde i introitu·Aqua
ſapiencie et cetera·Beati viri potati referun/
tur·in offertorio·Intonuit fontes aquarum a/
peruiſſe memorantur·In poſtcommunione·Si
conſurrexiſtis·que ſurſum ſunt querere et ſape=
re iubentur·Et in euangelio ſenſus ad intelli=
gendum ſcripturas diſcipulis aperitur ·Scrip
turarum quippe intelligentia et ſciencia lamen=
tati et luctus eſt cauſa effectiua· Qui enim agit
in ſcripturis prophetas et eorum dominum oc
ciſos quomodo dolore mordetur·et quanto quiſ
peccata ſua intelligit·tanto in luctum et peni=
tentie lamentum prorumpit· Licet igitur his
diebus ſit gaudijs vacandum·tamen ieptam le=
ticiam remoueamus· ne carnes agni ſine lactu=
cis agreſtibus comedamus· quia beati qui lu=
gent· In quarta feria legitur euangelium
de diſcipulis piſcantibus quos dominus inuita
uit ad prandium·et dedit eis panem et piſcez aſ
ſum· id eſt xpriſtum cognoſcere deum et homi=
nem paſſum· eſt illa q̄ quidē ſaturitas d̄ qua di=
citur·Beati qui eſuriunt et ſiciunt iuſticiam· q̄/
niam ipſi ſaturabuntur·Quod ergo dicitur ibi
Venite prandete hoc eſt quod cantatur in in=
troitu Venite benedicti patris mei percipite re
gnum·hoc enim regnum eſt prandium eternuz
vbi erunt piſces magni·ſed vnus ſuper prunaſ
non paſſionis·ſed amoris·Racionabiliter autē
in feria quarta nobis a xpriſto regnuz promit
titur quia in quarta etate regnauerunt dauid
et ſalomon·in quorum manibus xpriſti regnuz
ſpecialius et plenius ſignificatur·et quia petr9
ſupradictum rethe traxit in terram· ipſi enim
commiſſa eſt eccleſia·ipſi ſpecialiter dictum eſt
paſce·o·m·ideo pro epiſtola ſumitur eius pre=
dicacio de actibus apoſtolorum·Ad ſaturitatez
quoque pertinet offerenda· Portas celi ape=
ruit ſcilicet prophetas qui predixerunt·ange
los qui annunciauerunt· Mariam que genuit·
apoſtolos qui predicauerunt·doctores qui ex
poſuerunt·Per hos omnes pluit dominus mã
na in ore egencium animarum ·id eſt dei ver/
bum vel corporis ſacramentum vt non defice
rent in via tendentes ad patriam· vbi come=
dent panem angelorum·Verſus gradualis de
xtera domini fecit virtutem ·congruit illi ver
bo euangelij· Mittite in dexteram nauigij re=
the ·et eſt ſenſus· Dextera domini fecit virtu=
tem·quia potencia verbi michi vniti fecit me
vincere mortem·ideoq3 dextera domini exalta
uit me·id eſt laudabilem me fecit·et repetit·de
xtera domini fecit virtutem·ut oſtendat reſur
rectionis qualitatem ſcilicet eternã Vñ ſequi
tur·Non moriar·ſed viuã· iuxta quem ſenſum
capimus cum apoſtolo in alleluia et communi
one xpriſtus reſurgens·et pertinz hoc ad for
titudinem· et quia beatus Laurencius fuit pi
ſcis aſſus fortis in eſurie· et eſuriens i fortitu
dine ideo fit ibi ſtacō· Officium quinte ferie
pertinet ad conſilium et miſericordiam· Mag
num enim fuit cõſilium peccatricis pedes lauã
tis cum lacrimis ut miſericordiam conſequere
tur·prout in euangelio dicitur· Officium ſe
xte ferie pertinet ad mũdiciam cordis et corpo
ris inbaptizato·Nam de quo ibi agitur·lauan
tur corpus et anima·et q̄a mundis cordibus vi
ſio dei promittitur·vt ibi beati mundo corde·
quoniam ipſi deum videbunt·et per mũdiciam
ad intellectum peruenitur· ideo recte in euan
gelio dicitur·quod tranſmigrantes deuz vide
bunt· In ſabbato legitur euangelium i quo
d̄r· q̄ licz johannes precurrerit·tamen petrus
ſequens cicius in monumentum intrauit·et po
ſtea johannes·Hoc prout dictum eſt ibi ſunt
duo populi·Petrus ſignificat gentes que po
ſterius venerunt ad noticiam paſſionis·ſed ta
men primitus crediderunt · johannes ſinago
gam que i lege et prophetis prius audiuit do
mini paſſionem·ſed nondum credere in mortu
um voluit· Credet autem cum iſrael ſaluus fi
et·De hijs duobus populis ſcz credentibus et
non credentibus loq̄tur Petrus in epiſtola d̄
ponentes rc̄·De credentibus dicitur in intro=
tu·Eduxit dominus po·ſ·in·ex· eduxit eum do
minus iſrael de egipto cum auro et argento·ſz
illis in deſerto murmurantibus· et ideo pereun
tibus eduxit eos qui non murmurauerunt d̄ de
ſerto in terra promiſſionis·et propter eoſdez
dimittimus graduale· et duplicatur alleluia·
quia tunc neophiti laborabant·nunc deum vo
ce et opere laudant·ad eoſdem pertinet alle
luia·Laudate pueri dominum·Totus enim ille
pſalmus ad lectionem dirigitur genciuz quod
ex eius illo fine probatur ·Qui habitare facit
ſterilem in domo· eiſdem pueris conuenit·
quod canitur in Offertorio · Benedictus

qui venit in nomine domini· hunc ergo verſicu
lum cantauerunt pueri occurrentes domino ad
paſſionem venienti· quod ſequitur· Benedixi
mus vobis de do· domini · adiecit mater eccleſia
dicens pueris ſuis· Benediximꝰ vobis id eſt ſig
nificauimus vos baptiſmo· nos qui ſumus fami
lia dñi· qꝛ deꝰ dñs illuxit nobis· Sequens ver
ſus. Hec eſt dies· ad gaudium ſpectat credenci
um· Ille alius· Lapidem quem reprobauerunt
ad ſugillacionē pertinet iudeorū ad eoſ deꝫ cre
dentes ptinet· Poſtcommunio omnes qui ī cri
ſto et cetera· Pertinet igitur officium iſtud ad
pacificos qui filij dei vocabuntur· dedit enim do
minꝰ hijs qui credunt in nomine eius filios dei
fieri quibus ſapia datur perfrui·

## De prima dominica poſt paſcha·

In octaua paſche incipit tempus regreſſionis·
ſeu reconciliacionis· prout dictum eſt in prohe
mio huius partis· Sane in hac die dominica in
quibuſdam eccleſijs fiunt octaue paſche· et di
cuntur reſponſoria de die dominica et introitꝰ
Reſurrexi· et graduale quod derelictum erat·
reſumunt habentes reſpectum ad generalem re
ſurrectionem ad cuius gloriam per gradus aſcē
ditur· Criſti enim reſurrectio in octaua etate fa
cta eſt Sed cum paſchalis ſolennitas ſignificꝫ
illam octauam· que ſequitur ſeptenarium huiꝰ
vite· Queritur quare habet octauas cum eciam
eius ſolennitas protendatur non tantum per o
cto dies· ſed eciam vſqꝫ ad diem penthecoſtes·
Racio quia reſurrectio futura ſignificata eſt p
circumciſionem que octaua die mandata eſt· cꝰ
vere circūciſionis octo ſūt beatitudines quarū
octaua redit ad primam et ideo ad repreſentan
dum has beatitudines ſolennibus octo dierum
officijs celebramus octauas dominice reſurre
ctionis que eſt cauſa et ſignuꝫ noſtre future cir
cumciſionis· Has beatitudines coaptat augu
ſtinus in libro de doctrina criſtiana ſeptem ſpi
ritibus omittens vltimam quia redit ad primā
gradatim enim a timore peruenitur ad ſapienci
am· vnde inicium ſapiencie timor domini· de hoc
dicetur in prohemio ſeptime partis· Quia ergo
nouiter baptizati ſunt pueri· et quia multos no
uellos in quadrageſima genuit eccleſia· et quia
in illo tempore fuerunt apoſtoli pueri propter
quod dominus fuit cū eis quadraginta diebus
poſt paſcha inſtruens eos in fide· ut poſſent om
nino fieri ſpirituales· et ut vrerentur igne ſpiri
tuſſancti ꝓpter iſtas tres cauſas ſiue nouitates
inſtruit nos eccleſia in fide in hoc tempore· et
ideo in prima quindena leguntur apoc̄· et actuſ
apoſtolorum in quibus libris habetur de ſeptē
ſignaculis videlicet de incarnacione · natiuita
te et cetera· que criſtus ſolus aperuit que ſunt
maxima principia fidei noſtre· Poſtmodum in
alia quindena cantatur in reſponſorijs de pſal
mis et in lectionibus leguntur epiſtole canoni
ce vſqꝫ ad aſcenſionem domini · ut ſupra fidem
edificentur bona opera p̄s· enim et epiſtole bo
na opera deſignant· Et attende qꝫ ante reſurre
ctionē lex et prophete legebantur· poſt reſur
rectionem vero apoca· et epiſtole canonice que
ſunt apoſtolorum ſcripta legantur· et cantibus
iubilantur· lex enim et prophete criſti paſſionē
et reſurrectionem predixerunt· Sꝫ apoſtoli iam
factam annunciauerūt et teſtificati ſunt· ideoqꝫ
reſponſoriuꝫ illud cantatͬ virtute magna redde
bāt apoſtoli teſtimonium reſurrectionis· Racio
nabiliter eciā legitur apoc̄· et canitur eo qꝫ in eo
viſio criſti et angelorꝫ collocucio memoratur
In illa eniꝫ vita quam paſchale ſignificat. tem
pus/anime viſione trinitatis et angelorum con
ſorcio gratulabuntur· Legitur autem apoc̄· cuꝫ
hyſtoria dignus es domine· Alleluia incipit
Ego ſum vitis· Quod autem in quodam reſpon
ſorio dicitur· decantabit populus iſrahel allelu
ia et vniuerſa multitudo iacob canebat legitti
me et dauid cum cantoribus cytharaꝫ percuciēſ
in do· d· illō reſpicit qꝫ ī domo ſaul dſtructo id ē
mortis imperio archa id eſt humanitas ſaluato
ris in qua ſunt manna id eſt verbuꝫ et tabule te
ſtamenti id eſt theſauri ſapiencie et ſciencie dei
abſconditi in iheruſaleꝫ ducitur et tabernaculo
collocatur · vt eterna pacis viſione fruatur et
ad patris equalitatem glorioſus exhibeatur ·
Cum autem ſuperius temporibus infancie ſalua
toris paulum diximus eſſe legendum· nunc ve
ro ſcripta ceterorum apoſtolorum · patet qꝫ to
to tempore ſiue ante paſſionem ſiue poſtea quo
domini preſencia memoratur congrue preconeſ
noui teſtamenti locuntur · ut quaſi ab vberibus
ſponſi filij conſolacionis lacte potētur· Hec nā
qꝫ ſcripture ſunt vbera· De quibus dicitur· Me
liora ſunt vbera tua vino· de quibus nos ſic re
ficiat Deus cuius miſericordia plena eſt terra
ut omnes de ipſius plenitudine accipiamus·
Et nota qꝫ ſecundum romanum ordinem legun
tur nouem lectiones in dominicis a paſcha vſqꝫ
ad penth· prout dictuꝫ eſt ſub titulo de ſeptem
diebus poſt paſcha· Propter nouitatem aūt
triplicē que directa eſt incipit introitus· Qua
ſi modo geniti infantes et cetera· j· pe· ij· ca·
In epiſtola vero in fide inſtruimur que incipit
Omne quod natū eſt ex deo vincit mundum· ac
Iohannis· v· c· oſtendit fidem per teſtimoniuꝫ
in celo et in terra et in conſciencia· In terra cū
dicit· Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in
terra· Spiritus aqua et ſanguis quia enim cla
more magno dominus emiſit ſpiritum et qꝫ ex eo
iam mortuo exiuit ſanguis et aqua iudiciuꝫ fuit
humanitatis et hij tres vnum ſunt id eſt vnum
ſignificant· Tres perhibent teſtimonium in ce
lo pater in voce verbum in carne· ſpiritus in
columba · et hij tres vnum ſunt · De
teſtimonio conſciencie ſequitur in epiſtola qui

qui credit in filiuȝ dei iam in ſe teſtimonium dei
habet id eſt hoc dictat ei conſciencia · Sequi
tur duplex alleluia · in dominicis enim et feſti
uis diebus ab hac die vſqȝ ad octauam penthe
coſtes canitur duplex alleluia de quo dictum ē
ſub titulo de ſeptem diebus poſt paſcha · et ſub
ſabbato in albis et ſub ſeptuageſima · primum
alleluia eſt · p9 dies octo johānis · xx · capitulo
Euangelium Cum eſſet ſero · jo · viceſimo caplo
eſt de duabus apparicionibus · Prima omnibus
apoſtolis in ipſo die paſche excepto thoma alia
octaua die preſēte thoma · qui vidit et credidit
et tetigit · et dixit dominus meus et deus meus ·
Aliud vidit aliud credidit · vidit humanitatem
et credidit deitatem · et congruit factum inter/
pretacioni nominis · Thomas enim interpreta
tur abiſſus · non profunde intellexit qui ex eis q̄
exterius vidit deitatis intima penetrauit · Poſt
modum inuitauit nos in euangelio beatus Jo
hannes ad credendum ab vtili et honeſto · vtile
eſt enim nobis credere · vnde dixit · multa ſigna
fecit ihesus que non ſunt ſcripta in libro hoc ·
Poſtcommunio eſt · Mitte manum et cetera · jo
hannis viceſimo capitulo ·

## De ſecunda dominica ·

Sequitur de ſecunda dominica p9 pa
ſcha quia enim per criſti reſurrectio
neȝ illuxit deus nobis · non tantū par
uulis ſed eciam perfectis · ideo hec do
minica de paſtoribus eſt · qui debent plene imi
tare criſtum · Unde introitus eſt · Miſericordia
domini plena eſt terra · ea enim non tantum par
uuli · ſed et magni repleti ſunt · Et ideo ſicut an/
tecedens dominica fuit de paruulis ſic iſta eſt de
perfectis · Unde ſequitur · Verbo domini celi id
eſt apoſtoli firmati ſunt · Et quia petrus loquit̄
ad paſtores in epiſtola · Criſtus paſſus eſt pro
nob · et cetera · p̄ma petri · ij · capitulo · ideo nunc
fiunt ſinodi · et fit ſtacio ad ſanctum petrum Jn
fine enim dicitur · Conuerſi enim eſtis ad paſto
rem et epiſcopum animarum veſtrarum · Duo
alleluia dicuntur · Primum ſcilicet cognouerūt
diſcipuli etc̄ eſt de reſurrectione · Jn alijs tamen
eccleſijs dicitur · Surrexit dominus · Mathei vl
timo capitulo · Aliud ſcilicet · Ego ſuȝ paſtor bo
nus etc̄ · johannis decimo · eſt de prelatis · Euan
gelium vero · Ego ſum paſtor bonus · joh · x · eſt
de bonis prelatis et mercenarijs · Offertorium
eſt · Deus deus meus ad te de luce vigilo · quia
prelati debēt ſemper vigilare · Unde in canticis
canticorum dicitur · Jnuenerunt me vigiles qui
cuſtodiunt ciuitatem · Poſtcommunio ſimiliter
eſt de prelatis · Ego ſum paſtor bonus · etc̄

## De dominica tercia ·

Jn precedentibus duabus dominicis oſtenſum
eſt q parui et magni per criſti reſurrectionem
plem ſunt miſericordia domini · Parui cum dici
tur in introitu precedentis dominice · Miſeri
cordia domini plena eſt terra Magni cum dicit̄
ibidem · verbo domini celi firmati ſunt · et in hac
vero tercia et in ſequentibus duabus dominicis
ante aſceſionem hortatur nos eccleſia ad iubiluȝ
et exultacionem · propter criſti reſurrectionem
et aſcenſionem · Unde introitus huius dominice
incipit Jubilate deo omnis terra · et cetera ·
Et ibi ſequitur alleluia · quia iubilus eſt exulta/
cio mentis · habita de eternis · ſoli autem deo
iubilandum eſt · Sequitur pſalmum dicite nomi
ni eius · eſt hilari operacione ipſum laudare · et
ſequitur ſimiliter ibi vnum alleluia quia ab vna
radice ortum habent omnia talia id eſt a carita
te · Sequitur · Date gloriaȝ laudi eius · et ibi
dem · et in fine ſequitur triplex alleluia · quia a
potencia patris et ſapiencia filij et a benignita
te ſpiritusſancti proceſſit · q nos liberauit p paſ
ſionem et reſurrectionem ſuaȝ · et ideo laudand9
eſt deus · Licet autem ſit exultacio tamen incuti
tur timor · ne ſpes ſine timore luxuriet in pre/
ſumpcione · vnde ſequitur verſus · dicite deo · q̄
terribilia ſunt opera tua domine · Debet enim ti
mere nouus populus · quia iudei excecati ſunt · q̄
erant populus peculiaris domini qui licet appo/
ſuiſſent cuſtodes · tamen dixerunt · venerunt di
ſcipuli eius et furati ſunt eū et h eſt q dicit p̄s
Mencientur tibi · id eſt ad honorem tuum · quia
ex hoc magis confuſi ſunt inimici tui · id eſt iudei
Et ſequitur ibi · Jn multitudine virtutis tue q̄ſi
diceret · licet vidiſſent multa miracula · videlicȝ
ſolem obſcuratum · et petras ſciſſas · in hoc ē ec
multitudo virtutis dei · q mendacia inimicorum
vertit in ſuum honoreȝ · Jn epiſtola vero monet
petrus baptizatos ut ambulent in nouitate vite
abſtinentes a carnalibus deſiderijs · dicens ·
Obſecro vos fr̄es tāq̄ aduenas et peregrinos
abſtinere vos a carnalibus deſiderijs prima pe
tri ſecundo capitulo · et concordat cum introitu
quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro Quedā
eccleſie dicunt alleluia · criſtus reſurgens · ro ·
ſexto capitulo · Euangelium eſt de reſurrectiōe
Modicum et non videbitis me modicum id eſt a
morte vſqȝ ad reſurrectionem · iterum modicuȝ
et videbitis me · poſt reſurrectionem et modicū
quia vado ad patrem · johannis xvj · capitulo ·

## De dominica quarta ·

Jn quarta eciam dominica inuitamur ad iubiluȝ
et ſpecialiter inuitantur ad hoc gentes vnde in
troitus ſumptus eſt de p̄s · inuitante ad cantum
que incipit · cantate domino canticum nouuȝ · q2
mirabilia fecit dominus Bernhardus inquit
Tria fecit domin9 mirabilia ī incarnacione ſua
Primum q mater eſſet virgo · Secundum q
deus fieret homo · Tercium q predicta poteſt
credere carnalis homo · Sequitur ibi · ante
conſpectum gencium · reuelauit iuſticiam ſuam ·
id eſt filium ſuum · Sequitur verſus · Saluauit ·

ſibi dexterã eius ⁊c. Et quia per fidem vniti ſūt
duo populi ſcʒ gentilis et iudaicus. ideo in ora=
cione habetur. Deus qui fidelium mentes vnius
efficis voluntatis ⁊c. Rurſus quia iſta domini
ca quarta appinquat aſcēſioni. ideo dicitur euã
gelium. vado ad euʒ qui me miſit. et nemo ex vo
bis ⁊c. johannis. xvj. et poſt. expedit uobis ut
ego vadam ⁊c. oſtendit̄ em̄ cauſa iubili ſcilicet
aſcenſio. huic conſonat principiuʒ epl̄e beati ja
cobi. j. c. Omne datum optimū ⁊ omne donum p
fectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminū
¶ Sequitur in euangelio. Cum venerit paracli
tus. arguet mundum de peccato. id eſt de infide
litate. fides enim peccatum excludit. Vnde ar/
guere de hoc peccato. eſt arguere de omni pec=
cato. et de iudicio ⁊ de iuſticia. dicit ergo de pec
cato. ſcilicet quod habent. De iuſticia quam nō
habent. ſcʒ ſanctoꝝ. quia vado ad patrem. id ē
in cordibus ſanctoꝝ. hominum. perducei do eoſ
ad patrem per cognicionem dei bonam. et extol
lendo eos ad patris conformitatem. ⁊ tamen vo
lunt homines ſanctis aſſimilari. De iudicio qꝛ ñ
timent. quia princeps mundi huius iam iudica
tus eſt. et adhuc ſecuntur damnatum. Et ſuffi=
ceret de duobus arguere. ſcʒ de fide quam non
habent et habere poſſent ſi vellent. et de iuſtici
a ſiue de bona vita. in qua non imitamur ſanctoſ
et ideo adiecit verbum timoris. ſcʒ de iudicio.
quod debent tales ſubire. Sequitur ibi. et que=
cumqʒ audiet. loquetur. et huic concordat finiſ
epiſtole. Suſcipite cum manſuetudine inſitum
verbum ⁊c. Si enim ſpiritus ſanctus audit que
loquitur multo forcius debet homo audire ⁊ ex
pectare donec deus in ipſo loquatur. quia qui de
ſeipſo loquitur mendacium loquitur.

¶ De dominica rogacionum.

Qvinto loco ſequitur de dominica ro=
gacionum. in qua inſtructos per qua
tuor dominicas. quaſi armatos qua=
tuor cardinalibus virtutibus monet
annunciare alijs. ut qui audit dicat. veni et cor
tina cortinam trahat dicens in introitu que eſt
yſa. xlviij. ca. ſcd̄m aliam tranſlacionem. vocem
iocunditatis. id eſt nouum teſtamentum in quo
pmiſſa redduntur non terroris ſicut vetus lex
fuit. annūciate ⁊ cetera. hec aūt dominica dr̄ ro
gacionum ppter ppinquam aſcenſionem domi/
ni quã quia nos ſequi non poſſumus. ideo in ora
cione docemur petere duo. que petenda ſunt ſ.
ut cognoſcamus et faciamus. dicit enim oracio
Largire queſumus domine ſuplicibus tuis ſem
per ſpiritū cogitandi que recta ſunt ppicius et
agendi ⁊c. vñ in epiſtola redarguit beatus jo=
cobus eos qui volunt cognoſcere ⁊ non facere
dicens. Eſtote factores verbi et non auditores
tantū ⁊c. jaco. j. c. Quedam eccleſie dicūt allelu
ia. Pōne cor noſtrū ardens ⁊c. luce. ul. c. ⁊ vſqʒ
modo ⁊c. jo. xvj. c. In euangelio vero. Amen
dico vobis. joh. xvj. c. oſtendit qꝛ debeamus pe
tere. ſcilicet eterna dicens. vſqʒ modo non pe=
tiſtis quicqꝫ. qui enim petit temporalia nil petit
quoniam in eis que non quieſcunt quies eſſe nō
poteſt. Vnde ſequitur. petite et accipietis. quia
dextera domini ſemper aperta eſt.

¶ De rogationibus.

Rogationes tribus diebus ante feſtuʒ aſcenſionis domini
fiunt rogaciones q̄ dicunt̄ letanie. Letanie aūt
grece apud nos ſupplicacio ſeu rogacio eſt. in
qua eccleſia ſancta deuʒ rogat ut qui deſtruxit
oſilium arcitofel deſtruat oſilium eoruʒ qui vo
lunt viuere ſup pacem eius. Tunc eciam ſuppli
camus deo. ut nos a morte ſubitanea et ab om=
ni infirmitate defendat. rogamus vero ſanctoſ
ut pro nobis apud deum intercedãt. et denomi
natur greco letania vocabulo ppter autorita=
tem lingue grece put dictū ē ſub paſcha. Eſt
aūt duplex letania. ſcʒ maior et minor. Maior ē
in feſto beati marci q̄ inuenta fuit a beato gre=
gorio ppt̄ peſtē inguinariã ſeu inflaturã ingui
num cuius inſtitucionis cauſas paulus mōtis caſ
ſini monachus longobardoꝝ hiſtoriogͣphus
ita deſcripſit dicens. qꝛ tp̄e pelagij pape tanta
fuit inundacio aquaꝝ p ytaliam qꝛ aque aſcen
debant vſqʒ ad ſuperiores feneſtras templi ne=
ronis qd̄ erat rome. nec aque intrabant templū
tunc per tyberim effluxit multitudo ſerpentū in
ter q̄s fuit maximus draco ex q̄ꝝ flatibus aer ē
corruptus. et inde emerſit peſtis inguinaria. q̄
homines paſſim ⁊ ſubito moriebantur. Et cum
pene totus romanus populus deleretur. pelagi
villicacōne fuit receptꝰ in domibꝫ dñi· et hoc
ꝑ iniquitatem fraudis · Hic ḡ ille laudaẗ qui
ꝑ iniq̄tatē fraudis ſciuit ſibi i futuꝝ ꝓuidere
multomagis laudabit dñs eos qui dāt elemo-
ſinas qḋ eſt prudencie ſpūs de quo diċ aplūs
Eſt vita et pax· quia homo ſibi ꝓuidet in futu
ro· Poſtea ſequiẗ· Quia filij huius ſecłi prudē
ciores ſunt filijs lucis in gn̄acōne ſua· i· in his
que ꝑtinēt ad gn̄acōꝫ ſuā· id eſt circa tꝑalia·
Et ego dico vobis facite vobis amicos de mā
mona iniquitatis· vt cum defeceritis ſcilicet
moriendo· recipiant vos in eterna tabernaclā
que ſunt ſua· Vn̄ beati paupes ſpū qm̄ ipoꝝ
eſt regnū celoꝝ· Et quia non tantum ꝑ elemo
ſinas ſꝫ etiam ꝑ orōnes volamꝰ ad celeſtia· idō
eſt alleluia· Dn̄e deꝰ ſalutis mee· in die clama
ui et nocte coram te· Quia vero hec tabna-
cula ꝑ opa iuſticie habenẗ· Sequiẗ offerto
riū· Iuſticie domī recte letificantes corda ꝛc̄·
Quo autem ordine hec fiant oſtendiẗ in pꝰ
cōmunione· Primū q̄rite ꝛ̄gnū dei· Mat· vj· c

¶ De dominica decima·

In dominica decima legitur eccleſiaſticus qui
incipit· Omnis ſapiencia a domino deo eſt· v-
bi oſtenditur ꝙ non ſolum ſapiencia ſed etiam
oīa bona ſunt a deo· et idō ab eo ſolūmodo ſūt
petenda ut ad eum debemꝰ clamare et idō inci
pit introitus· Dum clamarē ad dn̄m· exaudiuit
vocem meam· Et quia debemus ipm̄ ſolū ora-
re· ſequiẗ verſus· Exaudi deus oracōnē meam
Et oracō i q̄buſdā eccleſijs· Pateāt aures mie
tue dn̄e· p̄cibꝫ ſupplicantiū· in qua collecta pꝫ
quis rogans dignus ſit exaudiri· vnde ſeq̄tur
Et ut petētibꝫ dſiderata ꝯcedas· fac eos q̄ tibi
ſūt placita poſtulare· Et oſtendiẗ i eplā· Sci
tis quoniam ꝛc̄· pma ad Chorin· xij· c· ꝙ omia
bona ſunt a deo· et ideo ei ſunt exhibēde grā-
rū actōnes· Vn̄ enūatis oibꝫ domis dicit· Hec
aūt omia opaẗ vnus atq̄ idē ſpūs diuidēs ſin
gulis ꝓut vult· Sed quia bonum cito amittiẗ
qḋ nō a largiente cuſtodiẗ· ſic diċ Greg· ideo
ſequiẗ reſponſoriū· Cuſtodi me dn̄e ut pupil
lam oculi· Item quia ad illum ꝯfugere debe-
mus· a q̄ oīa bō hēmꝰ· ſeq̄ẗ alłā· Dn̄e refugiū
factus es nobis· In alijs eccleſijs ḋ Alłā· Te
decet· Euāgeliū vō qḋ eſt in q̄buſdā ecclijs
Cum appropinq̄ret· Luc· xix· c· eſt de ſimonia-
cis· qui iniuriantẗ ſpiritui ſancto· ſcꝫ in hoc qḋ
vēdunt ea q̄ ipe dat gratis· vel ad voluntatē
ſuam tribuūt· ac ſi ab illis eſſent illa bona· ꝯ n̄
a ſpūſancto· Et nota ꝙ hoc euangeliū in quo
hieruſalē deſtructō p̄dicaẗ in auguſto legiẗ·
qꝛ p̄ꝰ a nabuchodonoſor· poſtmoḋ a rōmis in
ħ mēſe deſtructa fuiſſe inueniẗ· In alijs vō ec
cleſijs legiẗ· Dixit ihs ad q̄ſdam· Sequiẗ ꝯ of
fertorium· Ad te dn̄e leuaui aīaꝫ meā· q· d· nō
ad ſimoniacos· non ad p̄latos p̄uos· nō ad q̄ſ-
dam fatuos et ſimulatos religioſos· qui faciūt
ſe a ſimplicibus adorari· ſed a te a quo omnia
bona ſunt· et quia tunc acceptat deus omnia
opera noſtra· quando ſperamus in ipſo deo·
ideo ſequitur· poſtcōmunio accepta bis· ꝛc̄·

¶ De dominica· xj·

In vndecima dominica incipit eccleſia legere
iob qui ſimiliter eſt liber exemplaris· Sed eſt
exemplum perfectionis· id eſt perfecte ſapiē
cie que non habeẗ niſi ꝑ p̄dictā refectōnē do
ctrine ſpiritualis· Naꝫ refectio faċ ſpūalit̄ for
tes· et ideo poſt libros ſalomonis legiẗ liber
iob· in ordie aūt biblie oīs exēplares· ſ· ruth
iob· thobias· iudith· et heſter· p̄cedūt libros
doctrinales ſalomonis ꝓpẗ p̄dictā rōnē· de q̄
etiam dicetur ſub dn̄ica· xv· et quia vnanimi-
tas facit fortes et paciētes· ſic fuit iob et con
cordes· ſicut fuerūt filij iob q̄ faciebāt ꝯuiuia
ꝑ domos vnuſquiſq̄ in die ſuo· ideo incipit in
troitus· Deus in loco ſancto ſuo· i· in humilibus
yſaias· Sup quē requieſcet ſpūs meꝰ niſi per
humilem et quietū· ꝯ tremētem ſmones meos
et ſi deus eſt cum eis nullus poteſt eis p̄ualē·
Deus em̄ habitare facit vnius moris in domo·
id eſt ꝯcordes et vnanimes· q̄les fuerūt filij
iob· q̄ dabant ſibiīuicem comedē· Vn̄ ē verſus
Exurgat deꝰ et diſſipenẗ inimici eiꝰ· quia for
titudo noſtra nihil valet niſi dn̄s nobiſcū co-
operetur· ymo principalit̄ operetur· In eplā
Notū vobis facō euangeliū· que ē· j· Chor· xv
oſtendit beatꝰ paulꝰ humilitatē· vnde ſequiẗ
ibi· Qui non ſum dignus vocari aplūs· Et ꝓpẗ
hanc humilitatem raptus fuit vſq̄ ad terciū
celum· In reſponſorio q̄ꝫ ſequiẗ vox humiliꝫ·
In deo ſperauit cor meū· et adiutus ſum et in
verſu· Ad te dn̄e leuaui aīmaꝫ meā· Et quia ex
tali ſpe ſequiẗ exultacō· ideo in q̄buſdā eccle-
ſijs eſt alłā· Venite exultemꝰ dn̄o· Euange
lium vero eſt de humilitate et eiꝰ affectu· duo
homines aſcendebāt ꝛc̄· Luc· xviij· c· Vnde ſe-
quiẗ· phariſeꝰ dicebat· Dn̄e nō ſū ſicut ceteri
hominū ꝛc̄· ecce ſupbia· ſequiẗ publicanꝰ dice
bat· Deus ꝓpiciꝰ eſto mihi peccatori· ecce hu
militas· et ideo abijt iuſtificatꝰ in domū ſuam
ab illo· Quia vero humilitatē ſequiẗ exultacō
Qui em̄ ſe humiliat exaltabiẗ· ideo ſequiẗ of-
fertoriū· Exaltabo te domie qm̄ ſuſcepiſti me
id eſt ſurſū cepiſti· q· d· Exaltabo te qꝛ exalta
ſti me· Poſtcōmunio ē· Honora dn̄m ḋ tua ſub
ſtācia ꝛc̄· Prou· iij· c· ħ ad lraꝫ faċ humił· dat
em̄ libenẗ paupibꝫ· ꝯ ħ eſt honorare dominū
quia ipe p̄cepit· ut deẗ paupibus· Vel hono
ra dominū ꝛc̄· i· omnia bona tua deo attribue·
et hoc eſt ꝓprium humilum· hec poſtcōmunio
ꝯgrue hoc tꝑe canitur· quando frugibꝫ hor
rea et vino cellaria plena redundant· quibus
deuote dominus honoratur·

¶ De dominica· xij·

Duodecima dn̄ica ē de orōne· ꝯ q̄ſi ex
primiẗ iob orās et ſedēs i ſterq̄lino

conquerendo de falſis amicis· Legitᷣ enī job ī
duabus dñicis· Job q̄dē in ſterquilinio mora
liter eſt aīa in mortali peccato et fetido· ī quo
dum reſidet non reſtat niſi orare deū· vt ipſam
ab eo eripiat· vnde incipit introitus· Deꝰ ī ad
iutorium meū intende· do· ad adiuuā· me con-
re· qui que· animā meā· In offertorio autē
oſtenditᷣ efficacia oracōnis et totum offerto-
riū eſt oracō moyſi ſumpta d exo· qn̄ rogauit
ꝓ filijs iſrael q̄ fecerūt vitulū oflatilē et inci
pit· Precatus eſt moyſes in conſpectu dñi di
ſui ꝛc· qui moyſes ſeipſū expoſuit ꝓ ſalute pl̄i
dicēs dño· Aut dimitte eis hanc noxiā· aut de
le me ꝛc· et reducit ad memoriam merita patꝝ
Memento inquit abraam· yſaac· et jacob ꝛc· ꝛ
placatus factus eſt dñs de malignitate· quā
dixit facere populo ſuo· et ex hꝫ ꝓbatᷣ ꝙ ſācto
rum merita nobis proſunt· Et nota ꝙ ī hꝫ offer
torio fit verboꝝ geminacio· de quo dictum eſt
ſub ſecūda dñica poſt ephiam· In epiſtola
fiduciā talē habemꝰ ꝑ xp̄m ad deū· ij· ad Cor·
iij· c· oñdit apl's ꝙ oracio ſua et alioꝝ bonorū
prelatorum noui teſtamenti maiorē habet ef
ficaciam q̄ꝫ habuit in veteri teſtamento ꝙ etiā
moyſes orauit cum fiducia· confiſus d meritis
patrum· ſꝫ ne videatᷣ hoc ex arrogantia facere
ſubdit· Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare ali
quid a nobis quaſi ex nobis· ſed ſufficiēcia no-
ſtra ex deo eſt cuiꝰ miniſtri ſumus· In euan
gelio vero oſtenditᷣ ꝙ multum valet oracō p̄
latorum· qd eſt in quibuſdam eccleſijs· Dū ēn
ſiret ihs ꝑ medios fines decapoleos et addu-
cūt ei ſurdum et mutū et ſanauit eum dominꝰ
Multi ſunt ſurdi qui nolūt audire verbum dei·
et multi muti qui nolūt loqui et poſſunt· Simi
ter hos debent prelati ꝑ predicacōnem addu
cere ad dñm ī ofeſſiōe et oracō ſaluabit eos·
Vñ ī pſona ſurdi et muti cantatᷣ ī gduali· Bñ-
dicam dñm ī omi tpe· Verſus eſt· In dño lau-
dabitur anima mea· jn alleluia monet ad hanc
laudem· Venite exultemꝰ dño ꝛc· De offer-
torio ſuꝑdictum eſt· Poſtcōmunio vero eſt d
fructu opeꝝ tuoꝝ ſaciabitur terra· id eſt pre
dicatores q̄s dñs replet ꝑ̄us bonis· et ipi re-
pleti alios replent· in alijs vero eccleſijs dr euā
gelium· Exiens ihs de finibꝫ thiri qd eſt marci
vij· c· Poteſt autem dici ſm ſicardū epiſcopū
cremoneñ· in mitrali· ꝙ ſalomone mortuo re-
gnū diuiditᷣ· et ideo menſis ſeptembris hiſto
ria biptitur· Prima ꝑs in vna hyſtoria conſo
lidatur· alia variatur· quia regnū iuda in da-
uid familia ſtabilitur· ſꝫ regnū iſrael a ꝑ̄imis
occupatᷣ· Vnde et hiſtoria de his iuſtis q̄ gen
tibus intermixti fuerāt opilatᷣ· ut de job· tho
bia· judith· et heſter· Cum in ꝑ̄ma ſeptembris
ebdomada legatᷣ job· quem ipe ſcpſit cū reſpō
ſorijs· ſi bona· jn ſecūda liber thobie quē ipſe
opoſuit· jn tercia iudith quē achior edidit· jn
q̄rta heſter quē mardocheꝰ vl' pociꝰ eſdra o
poſuit· Sed et liber eſdre poſt hꝫ opa recitatᷣ·

et cū his cātantᷣ reſponſoria· Peto adonai do
mine his tꝑibꝫ ꝓphetizauit helyas qui geſſit
typū xp̄i· Sic mortuo oſtātino eccleſia ſepatᷣ
vna ꝑs eſt catholica· alia ꝑ multa ſciſmata ſe-
parata· a quibꝫ catholica eccleſia multa adū-
ſa ꝓ dño tollerauit· ſicut illi quoꝝ opera hoc
tꝑe leguntᷣ· Inter catholicos quidā ſunt ꝑ-
fecti· q̄dam imꝑfecti· Perfecti ſūt predicato-
res ydonei miſtri et coopatores dei· qd dicitᷣ ī
epiſtola fiduciā· hi adducūt imꝑfectos ꝛ alie
nos ſurdos et mutos ad gloriā ihu xp̄i· ſicᷣ le-
gitᷣ in euāgelio· vox itaqꝫ ꝑfectoꝝ eſt ī itroi-
tu· Deus in adiutoriū meū intende· qui adiu-
torium dei implorant· ut hereticis valeant re
ſiſtere· et eos ad dei graciam adducere· Aut ē
vox imꝑfectoꝝ ꝓficientiū· qui ut ꝓficiāt dei
implorāt auxiliū ī graduali· Bñdicā· et ī all'a·
Domine refugiū· vox ſiquidem eſt ꝑfectorū·
gracias agentiū· de illis ſe a ꝑſecucōne aliquo
ciens tempantibꝫ· et iſtis ꝓficientibꝫ· et quia
moyſes fuit vnus eoꝝ qui ſe obtulerūt ꝓ pec
catis ſubditoꝝ· ideo in offertorio cantatᷣ· Pre
catus ē moyſes hi ꝑfecti ſūt· illa terra q̄ ſacia-
ta fructu opeꝝ dñi· donis videlicet ſpūſſan-
cti ꝓducit fenū iumētis· i· doctrinā hoībꝫ· vñ
cōmunio eſt· de fructu ꝛc· Et attēde ꝙ recte d
job et moyſe ſimul cantatᷣ· quoniam contēpa-
nei reperiūtur· per quorum exemplum ad pa-
cientiam et manſuetudinem inuitantur·

¶ De dominica· xiij·

In tredecima legitᷣ liber Thobie per quem fi
guratur genus humanum cecum factum per
peccatum primi parentis· ꝙ non potuit ſana-
ri niſi amaritudine paſſionis que ꝑ fel ſigſica-
ta eſt· xp̄s vero per piſcem quia piſcis aſſus ē
xp̄s paſſus· Cecum quidem erat genꝰ huma-
num· quia habitantibꝫ in regione vmbre mor
tis lux orta eſt eis· Petit g̃ ut veiat dñs ſicᷣ ꝓ-
miſit· Dñica enim iſta eſt de ꝓmiſſiōibꝫ· vnde
dicit in introitu· Reſpice dñe ī teſtamētū tuū
et in promiſſione tua· ut ſicᷣ ꝓmiſiſti veniat fi-
lius tuus· et hoc eſt qd ſequitᷣ· Et animas pau
peꝝ tuoꝝ ne obliuiſcaris ī finē· et hoc eſt qd
dixit Thobias filio ſuo· memēto fili· quoniam
pauperē vitā gerimus· hēbis multa bona ſi ti-
mueris deum· Vnde ſequitᷣ oracō· Omipotens
ſempiterne deꝰ de cuiꝰ munere venit ꝛc· et ro
gat vt poſſit currē eccl'ia ad veras promiſſio-
nes· Epl'a ē· Abrahe facte ſūt promiſſiōes et
ſemini eiꝰ ꝛc· Gal· iij· c· vbi agitᷣ de promiſſio
nibus· et ſequūtur ibi· Quid igitᷣ lex· dicᷣ apl's
ſi non poteſt ſanare genus humanum cecum ſi
cut thobiam· et ſequitur reſponſio· Lex quidē
ꝓpter tranſgreſſores poſita eſt· ſicut dicᷣ pe-
dagogus· ſequitᷣ reſpōſoriū· Reſpice dñe ī te-
ſtamentū tuū· vbi oſtenditᷣ vehemēs effectus
oracōnis· jn all'a· Timō deꝰ magnꝰ ꝛc· oſtendi
tur quis eſt qui poteſt illuminare· In euan
gelio oſtenditur ꝙ lex non poteſt ſanare· ꝛ in
cipit in quibuſdā eccleſijs· Bti oculi q̄ vidēt q̄

vos videtis mlͭi ꝓphete et multi reges ⁊c̄· lu
ce x·c·vbi habet̄ ꝙ ſacerdos et leuita ptrāſi
erūt hominē qui incidit ī latrones· Sacerdos
inq̄m et leuita veteris teſtamēti·ſed ſolus ſa⸗
maritan⁹ ſcȝ xp̄s qui eſt cuſtos noſter· ip̄m ſa
nauit· Et quia lex non ſanat·qm̄ neminē ad p
fectōnem ducit ſed ſolus deus in q̄ ſperanduȝ
eſt·ideo ſequitur offertorium· In te dn̄e ſpera
ui· Quomodo autem ſanauit illum cecum patȝ
quia per panem angelorum qui factus eſt lac
hominum id eſt per filium dei incarnatum· et
ideo ſequitur in poſtcōmunione· Panem āge
lorum manducauit homo· Alie eccleſie dicunt
Panem de celo ⁊c̄· Sapie·xvj·c·

De dominica·xiiij·

IN dominica·xiiij·legitur liber iudicum· et can
tatur quomodo victoria data eſt in manu femi
ne et monet nos eccleſia ad ſanctimoniam ſiue
ad continentiam exemplo iudith· Sicut enim
judith interfecit olofernem· qui interpretat̄
eneruans vitulum ſaginatum· ſic monet ecc̄ia
vt interficiamus olofernem·id eſt diaboluȝ q̄
eneruat et inſ̄ficit laſciuos mūdi·q̄d fit p ſan/
ctimoniā abſcindēdo ei caput· Nam caput dya
boli eſt luxuria·quia quaſi p̄mo de ea icipit ho
mines temptare·et ideo dn̄s dicit ī luca· Sint
lumbi veſtri precincti· hoc eſt p̄cingatis vos
ↄtra p̄mū viciū· Exo·xij· i ↄmeſtione agni re/
nes veſtros accingetis· Alio tamē modo ſup⸗
bia eſt inicium omnis pcī· Quia ꝟo fragiles
ſumus et effeminati·vnde interficē nō poſſu⸗
mus olofernē niſi adiutorio dei·iō dicit ī itroi
tu· Protector noſter aſpice deus·et reſpice ī
faciem xp̄i tui· Sequit̄ in quibuſdam eccleſijs
epiſtola ad Gal·v·c· Spiritu ambulate et de
ſideria carnis n̄ pficietis· Caro ei ↄcupiſcit ad
uerſus ſpiritum·et ſpirit⁹ aduerſus carnē·Et
ſequit̄· Manifeſta aūt ſūt opa carnis et nomiat
ea· Item alibi dicit· Si ↄtēditis nōne carnales
eſtis·hoc dicit quia ↄtendim⁹ de carnalibȝ et
poſt· Fructus aūt ſpūſſancti ſūt longanimitas
pax·paciencia ⁊c̄· Deuincere igit̄ olofernēȝ in
nobis eſt facere iſta duo· Per hec q̄ȝ vicia i
terficim⁹ in nobis·ꝙ guſtam⁹ ſpm̄ſanctū quo
guſtato deſipit oīs caro· Sȝ quia non poteſt
ſanari in nobis carnalitas niſi a dn̄o· q̄ ē ſicut
lepra·ideo in quibuſdam eccleſijs ſequit̄ euan
geliū· Dum iret ih̄s·luce·xvij·c·de leproſis·q̄
venerunt ad dn̄m et dixit eis· Ite et oſtendite
vos ſacerdotibȝ ip̄is tamē prius ſanatis· per
q̄d ſignificat̄ ꝙ p̄⁹ peccator a dn̄o ſanat̄·et p⁹ea
iniūgitur ei pn̄ia a ſacerdote et abſoluitur q̄d
ſignificatum eſt p hoc q̄d diſcipuli dn̄i inſtita
lazari ſoluerūt et tamen p̄us erat ipſe reſuſcita
tus a dn̄o· Rediit aūt vnus ad eū flexis geni⸗
bus·gracias agens·p quod ſignificat̄ ꝙ vni
tas eccleſie reddit gracias dō·vnde vnus ſana
bat̄ in piſcina· Joh·iiij·et iō in tn̄s·in gr̄arum
actōnes dic̄ eccleſia· Bonū ē ↄfiteri dn̄o· Et
etiā in all'a·q̄d eſt i quibuſdā eccleſijs· Confi⸗
temini domino et inuocate nomē eius· et q̄a n̄
nō ſufficit niſi et domin⁹ nos cuſtodiat·iō ſeq̄
tur ī offertorio·immittit āgelus dn̄i ī circuitu
timenciū eum· quia cuſtodit nos dn̄s per ange
los·ſequitur·guſtate et videte· quid autē gu
ſtare debem⁹ oſtenditur in poſtcōmunione·ſ·
panem q̄ ſaginat animā nō corpus· vnde ē of⸗
fertoriū in quibuſdā eccleſijs· Panis quē ego
dedero caro mea eſt ꝓ ſeculi vita·

De dominica·xv·

DOminica q̄ndecima hȝ eandem inten⸗
cionē cū p̄cedēti·et ideo in quib⁹dā
eccleſijs ī his duabȝ dn̄icis legit̄ li⸗
ber iudith·et introitus ē· Inclina aurem tuaȝ
domine· Verſus eſt· Letifica animam ſerui tui·
quoniā ad te leuaui animā meā·q·d·n̄ ad car⸗
nalia deſideria· In epiſtola que eſt ad gala
thas vi·c·monet nos ut non ſimus vitulus ſa⸗
ginatus ſȝ ſimus ſpirituales· Vn̄ dicit ibi pau⸗
lus ſi ſpū viuim⁹ ſpū et ambulem⁹·quia qui ſe
minat in ſpū·de ſpiritu metet et vitam eternaȝ·
qui ꝟo i carne de carne metet corrupcōȝ· Se
quitur reſpōſoriū· Bonū ē ↄfidere in dn̄o·q̄ꝫ
ↄfidere in homine·qui dat victoriā ī manu fe
mine q̄n facit hominē vincere in carne· Et q̄a
hoc facit q̄ p̄parat cor ſuum ad ſeruiendū deo
Sequit̄ all'a· Paratum cor meū deus ⁊c̄· In
euāgelio· Nemo poteſt duobȝ dn̄is ſeruire q̄d
eſt math·vi·c·docemur ne ſeruiam⁹ ventri·et
poſt· Nolite ſolliciti eſſe dicentes· Quid mādu
cabim⁹ aut q̄d bibem⁹ ⁊c̄· Sed p̄mū q̄rite re⸗
gnum dei ⁊c̄· Nolite ſolliciti eē ſcȝ ſollicitudie
ſuffocacōnis·ſollicitudie aūt ꝓuidēcie ſollici
ti eſſe debetis· In offertorio vero monemꝰ vt
ſuia n⁹ dn̄o nō ventri· Expectās expectaui do
minū ut reficēt me· Quis aūt ſit ille cibus quo
dȝ aīa refici·oſtendit̄ in poſtcōmunione que ē
in quibuſdam eccleſijs· Qui mā ducat meā car
nem p fidē·ſ·nam ut dicit aug⁹· Crede et man
ducaſti ⁊c̄· Queritur aūt q̄re eccleſia p⁹ libros
ſalomonis legit librū job et poſtea librū tho
bie et iudith·cū alio modō ordinent̄ ī biblia· Sic ē
enim dictum eſt ſub ſeptima dominica p̄cedūt
libri exemplares·et poſtea doctrinales· quia
magis mouēt facta q̄ꝫ dicta et ad vltimū ponū
tur libri machabeoꝝ·qui ſūt libri exemplarēs
ad q̄d dicim⁹·ꝙ p doctrinā ꝓuenitur ad per⸗
fectōnem paciēcie que magis fuit in job· Vn̄
poſtea ſeq̄tur thobias· quia eē magnū pacien
cie ſignū fuit ī thobia·q̄ amiſit multa et filium
ad tp̄s et oc'los·q̄ maxime ab homine diligū
tur·ex eo ꝙ oculi ſunt principiū cognicōnis·
ad quam natus eſt homo·et quia etiā plus va
let exēplū femine·et mag̃ erubeſcēciā incutit
ideo liber iudith in q̄ habet̄ de victoria ī ma⸗
nu femine poſt predictos ab ecc̄ia ordinatur·
Vltimo ꝟo lib̄ machabeoꝝ legit̄·q̄ ibi hēt̄
exēplū de ↄfirmacōe iuſticie· Machabei ei paſ
ſi ſunt martirium ꝓ lege defendēda et cuſto/
dienda ab anthiochio fidei inimico

De dominica .xvj.

Iſta decimaſexta dñica legit et cātat ec
cleſia de machabeis· ut dicet̄ i ſequē
ti titulo· qui multa paſſi ſūt ab anthi
ocho et ſeptem populis· Et ibi habet̄· q̄ tem/
plū qd̄ pollutū fuerat ab illis popul̄· ab iſtis
machabeis purificatū fuit· ⁊ per h̄ ſignificat̄
q̄ anima que templū dei ē polluta a ſeptez ca
pitalibus vicijs non poteſt mūdari niſi purifi
cetur a peccato· qd̄ eſt eaz reſuſcitare d̄ morte
peccati· Vñ habet̄ in euangelio de reſuſcitaci
one filij vidue Et ideo incipit introit9 Miſerē
mei dñe ſcz vt reſuſcites me· Verſus ē Inclina
dñe aurem tuam In epl̄a vero apoſtolus in=
uitat nos ad pacienciaz dicens· Obſecro vos ne
deficiatis in tribulacōibus ⁊c̄· que eſt ad eph̄·
iij· c· Sic eñ vincunt̄ inimici ab machab͂eis ·i·
ſanctis· Sequit̄ graduale· Timebūt gētes q̄
ſicut poſtq̄m illi vicerūt inimicos ſuos· et mū
dauerūt templuz et reedificauerūt ·timuerunt
gētes in circuitu· ſic ⁊ poſtq̄m homo vicit dya
bolum· et mūdauerit ſe per ɔfeſſionē ·⁊ reedifi
cauerit templū dei in ſe timent demones Vnde
ſequit̄ verſus Quoniā edificauit dñs ſyon· Sz
quia nō poteſt fieri niſi a dño q̄ homo liberet̄
a vicijs· ideo ſequit̄ all̄a· Redēpcionē miſit do=
minus populo ſuo ⁊c̄· Euangelium eſt i qui
buſdaz eccleſijs· Ibat ih̄s in ciuitatem q̄ voca
tur naim ⁊c̄· luce· vij· c· Et poſt acceſſit ih̄us et
tetigit lectulum ⁊ dixit adoleſcēs tibi dico ſur
ge et ſurrexit· et dedit illum matri ſue· Sempe
tangit dñs lectulum ubi erat mortu9 qñ infir
mitāte vel aliquo flagello tangit corp9 hoīs
in quo iacet mortu9 ſpūs homis· i· anima· ⁊ ſic
excitat̄ a ſomno mortis· eccia ſ· xxj· Infirmitas
grauis ſobriam reddit animā· Sequit̄ offer
torium quaſi in voce machabeoꝝ Dñe i auxili
um meum reſpice· Sequit̄ poſtcōmunio · Dñe
memorabor iuſticie tue ſoli9 Iuſticie m̄ q̄ quia
omnis qui venit ad te non eiciet̄ foras Poteſt
et aliter dici· q̄ ioſue defūcto hieruſalē deſtru
itur· populus captiuat̄ ⁊ p̄mitur· ideoqz i hoc
menſe octobri machabeoꝝ hyſtoria legitur ⁊
cantatur· Adaperiat ⁊c̄· quia a ſuis aduerſarijſ
admodum p̄mebant̄· quoꝝ p̄mam ptez ſimon
pontifex edidit· aliaz filius eius io· Poſteriorē
quidā iudeus agreſtis ſed eruditus· Hij capti
ui militantez deſignāt eccleſiā· in qua ſunt du
cēs· ⁊ ſatellites doctores et diſcipuli pfecti et
iperfecti· doctores vidua ſignificat euāgelica q̄
vidua eſt quia militās cum ſponſo triūphanti
non eſt cuius filius morit̄· cuz diſcipuli p̄ q̄uis
crimine ab eccleſie corpe ſepāt̄· reſuſcitant̄ cū
illis gracia infundit̄· Hec igit̄ orat i euāgelio
p̄ filij reſuſcitacōne· i· gracie infuſione· et hor
tatur in epl̄a ne deficiant in tribulacōib9· et
huius rei gracia flectit genua ſua · hec eadem
orat in introitu · Miſerere· Et in offertorio· do
mine· Graduale· Reſpice ad id quod in euāge
lio dicit̄· Accepit aūt omnis timor Poſtcō=
munio· Domine memorabor· gracia ꝝ eſt actō
vel hic mēſis octobris vt quidā aūt deſignat
octauā· Hic ḡ iudei finitis p̄lijs· et templo re=
ſtaurato in ymnis ⁊ ɔfeſſionibus dño bñdice=
bāt ſic in octaua magne feſtiuita . is ſācti feſti=
uius exultabunt

De dominica ·xvij·

Iſta dominica decimaſeptima agit̄ d̄ nup
cijs eternis quia ɔſideracōne nupcia
rum illaꝝ libēter patimur tribulacō
nes· ſicut et machabei fecerunt· Sunt aūt qua=
tuor dñice in quibus agit eccl̄a de machabeis
Cōſideracō eñ illa tribulacōnes leues facit ⁊
ꝓpter illas nupcias pena quelibet leuit̄ ſuſti=
netur· de hijs nupcijs dicit̄ in euāgelio q̄ hac
die in quibuſdā eccleſijs legit̄ · Cuz inuitatus
fueris ad nupcias recumbe i nouiſſimo loco ⁊c̄·
Omnes inuitati ſumus ad nupcias eternas ⁊ ſi
in nouiſſimo loco nō poniunuſ n̄· ut ſim9 humi=
les exaltabimur in padiſo· et ecōu̇· Vñ ſtatim
ſubiungit̄· ego aūt dico vobis quia omnis qui
ſe humiliat exaltabit̄ ⁊c̄· Vñ incipit introitus
Iuſt9 es dñe ſcz i hoc iudicio · et rectū iudiciū
tuum· Huic eñ iudicio ɔcordat eccl̄a ſeu ɔſen
tit quo deus exaltat humiles ⁊ ſuꝑbos depmit
dicēs· Iuſtus es dñe ⁊c̄· In epl̄a· Obſecro vos
q̄ ē ad eph̄· iiij· c· inuitat nos ad hūilitatez· vt
dicat̄ nobis· Amice aſcē de ſup ius vbi dicit̄ vt
digne· i· i humilitate ambuletis vocatōne qua
vocati eſtis ſcz ad nupcias· Hoc eſt eñ nouiſſi
mum locum tenere Ad hoc idem monet in ḡ
duali· Beata gens cuius eſt dñs deus eoꝝ ſup
bi faciunt ſe dños· humilium vero deus ē dñs
Vnde verſus eſt Verbo dñi celi· i· humiles fir
mati· i· ſcificati ſūt· debemus ergo eē humiles
qꝛ nichil habem9 m ſi a deo· et ideo ſequit̄ i q̄
buſdam eccleſijs Alleluia· Qui timēt deum ſpe
rent in eum· q· d· non in ſe · Poſtea ſequit̄ euan
gelium d̄ nupcijs ſicut dictū ē· In alijs vero ec
cleſijs legitur· Cuz intraret ih̄s in domū ·luce
xiiij· c· Notādū aūt q̄ anteq̄ in ipſo euange
lio dicatur d̄ nupcijs· habet̄ q̄uo ſanauit ydro
picum· p quez intelligit̄ omnis amator mundi
Prius enim oportet q̄ ſitis mūdi ſaciet̄· qꝛ q̄
biberit ex aqua ſiciet iterum· Io· iiij· q̄diu eñ
homo erit ydropic9 in illis nupcijs nō poterit
ſanari In offertorio ſiſr inuitamur ad hu=
militatem· Vñ ibi habet̄ oracō danielis Ora=
ui ad deum meuz ⁊c̄· danielis· ix· c· ⁊ ꝓpter hāc
humilitatem meruit audire archangelū q̄ cer
tificauit eum d̄ incarnacōne xp̄i· Satis aūt cō=
grue fit ibi mencio de angelo qm̄ hoc officiuz
circa dedicationem beati michaelis cantatur

In poſtcommuniōe habetur d̄ humilib9 et
ſuperbis Vouete ⁊ reddite domio deo veſtro
omes, qui in circuitu ei9 offertis munera· i· hu
miles· qui attribuitis omnia bona deo terribili
et ei qui aufert ſpiritu pncipiuz · i· ſupbia eoꝝ
ecce quia ſuperbos humiliat·

De quarta feria quatuoꝛ tempoꝝ

IN quarta feria legiẗ euãgelium· Reſpondens vnus ď turba ·math·ix·c· ď ſurdo ⁊ muto ·quē apoſtoli curare nō poterãt· eo ꝙ illud genus demonij nō eiciẗ niſi in oꝛacōne et ieiunio· qď bene huic diei cōuenit Hodie nanqȝ ieiunnū eſt quatuor tempoꝛum ideo nanqȝ due lectōes leguntẗ vt oꝛdinãdi in duobus ꝑceptis caritatis· vel duab⁹ legibus inſtruanẗ ·Prima ď calcatoꝛe vue ſcȝ ecce dies amos· in fine tempꝛi ꝯuenit Secũda videlicet· Cōgregatus· nehem· viij·c· ꝯgruit oꝛdinandis· quibus dicitur in introitu· Exultate deo qui meditari ꝓmittunt· in offertoꝛio· Meditaboꝛ Cōmunio eſt Commedite pinguia· ⁊ ſumitur de lectione ſecunda·

De ſexta feria· Rubꝛica·

FEriе ſexte officium· penitēciã exꝑmit oꝛdinandoꝛum· Vnde in euãgelio· Factum eſt · peccata palitico dimittũẗ ⁊ in lectōe· Conuertere· oſee· vi· c· ad ꝯũſacionem inſtruunẗ· et in introitu· Letetur ad querendum dñm inuitãẗ ·Graduale ⁊ poſtcommunio ſunt oꝛacōnes electoꝝ· offerenda ꝯſolacio eoꝛundem In alijs eccleſijs dꝛ tñ euãgelium Rogabat ihm· luce· vij ·c·

De ſabbato quatuoꝛ tempoꝛum·

SAbbati quoqȝ officium· ad doctrinaȝ ſpoꝝ ordinãdoꝝ fit ne ſint ſteriles vt fici arbor infructuoſa· de qua loqͣtur euãgeliũ· Arborem fici ⁊c̄ ·luce· xiij ·c· ne vita illoꝝ ſit terrenis implicita· ſicut mulier incuruata In epiſtola vero· Tabernaculum factũ ē ⁊c̄ ·que eſt ad heb̄ ·ix·c· vbi de primo ⁊ ſecũdo agitur tabernaculo monenẗ· vt ſic ſeruiant in tabernaculis eccl̃ie militantis vt dño ꝑſentēẗ in tabernaculo triumphãtis· In lectiomb⁹ vero quare hoc ſemptembꝛis ieiuniũ indicitur· cauſa inſtitucōnis ⁊ eius vtilitas intimatur· quarũ ꝑma eſt decima die· leuiẗ· xiij· c· Scďa eſt decima qͣta die que eſt ibidez· Tercia eſt· Dñe deus noſter· michee· vi· c· Quarta ē factum eſt verbũ· zacharie· vij ·c· Quinta eſt· angelus dñi· danielis· iij· c· Cetera ſũt oꝛdinãdoꝛum exhortacōnes· oꝛacōes· ⁊ ꝯſolacōnes·

⸿ Cōmunio ſcȝ mēſe ſeptimo de leuitici lectione ſumitur· Merito aũt in hoc menſe fit clericoꝛum oꝛdinacio· quoniã et ī hoc menſe fiebat tabernaculoꝛum celebꝛacō· Oꝛdinati vero ſũt eccleſie miniſtri in dei tabernaculo· per ſeptifoꝛmem graciã in ſeptem gradib⁹ ꝯſtituti· Vñ et beatus petr⁹ legiẗ oꝛdinacōnem feciſſe in ſeptembꝛi· ſex epoꝝ· decez ꝑſbiteroꝝ ·et ſeptem dyaconoꝝ· Et celebꝛaẗ oꝛdinacō in tercia ebdomada· quia ī tꝑe tercio ſcȝ grẽ fuit ab apl̃is inſtituta Olim tamen alia rō fuit a ſapientibus aſſignata· Nã olim inſtituta fuere ieiunia· In ꝑma ebdomada marcij· In ſcďa ieiunij· In t̄cia ſeptembꝛis· In qͣrta decembꝛis· vt ꝯmitterēẗ miſtica theſere ďcadis ihu xpi· Cum enim quis oꝛdinatur· quodãmodo vt xp̄o attineat ꝯgñatur Pꝛima ḡ ꝑſona ꝑme theſere decadis eſt abꝛahaȝ· a q̃ ſumiẗ oꝛdinacō ꝑme ebdomade marcij Prima ꝑſona ſcďe theſere decadis ē dauid a q̃ ſumiẗ oꝛdinacō ſcďe ſeptimane ieiunij Iiconiam tercie eſt iecomia· a q̃ ſumiẗ ordiacō tercie ſeptimane ſeptembꝛis Demũ eſt xp̄s in qͣrto loco a q̃ ſumiẗ oꝛdinacō quarte ſeptimane decēbris Sumũẗ aũt poci⁹ ab hijs ꝑſonis ꝙ ab alijs oꝛdinacōes· Vel qꝛ fuerũt in genealogia maioꝛes· vel ꝓpter nominũ interꝑtacōes Diciẗ em̄ abꝛahaȝ pater multaꝝ genciũ· Dauid foꝛtis · Iecomia ꝑparacio dñi· ſic et illi qui oꝛdinanẗ debent eſſe ꝑſes foꝛtes ꝑparati ad euãgeliuȝ xpi Vel ſicut a ꝑſona in perſonaȝ ſunt qͣtuoꝛdecim gñacōes· ſic ab oꝛdinacōne in oꝛdinacōȝ ſeptimane qͣtuoꝛdecim inueniunẗ vt oꝛdinãdi periti ſint in decalogi ⁊ ī euãgelij diſciplina· Nūc aũt ieiunia ex cauſis ꝑmiſſis aliẗ oꝛdinãẗ vt dictũ eſt ſub qͣrta feria tercie ebdomade aduentus ·

⸿ Et memēto ꝙ apoſtolici vſqȝ ad ſimplicium papã in decēbꝛi ſꝑ oꝛdines celebꝛabãt· vt oꝛdinandos coaptarēt gñacōm ihu xpi· Simplicius vero addidit oꝛdines in febꝛuario tribuendos vt oꝛdinãdos vicini⁹ incoꝛparet coꝛpi ihu xpi· vide ď hoc in ꝓhemio ſcďe partis Sȝ ſi vt ꝑmiſſum eſt· ieiunia ꝯſtituta ſunt in ꝑdictis ſeptimanis ꝓ hijs qui oꝛdinacōeȝ accedũt· nũquid ꝯmutari ꝑñt ·quãdo nullus tũc oꝛdiatur certe non niſi neceſſitate vrgente· ď q̃ in ꝓhemio ſcďe ptis dictũ eſt· Cuȝ em̄ ſit vna eccleſia oīno debȝ in actōib⁹ eius eſſe ꝯcoꝛdia que non eſſet ſi in tam gñali ieiunio· alij pꝛãderēt · alij ieiunarent· Preterea licȝ alicui nō fiat oꝛdinacio· fit tamē alibi ꝓ quib⁹ ieiunare et oꝛare debemus· vt digni ad oꝛdinacōeȝ ꝑueniãt· Oēs enim fratres et vnanimes in domo dñi ſumus·

De dominica· xviij· Rubꝛica

DIctuȝ eſt ī ꝑcedēti domīca ꝙ dēt hō ſe ponere in nouiſſimo loco· ut ponaẗ in ꝑmo ſicut ſunt ꝑlati · Vnde in hac decimaoctaua dñica agiẗ de ꝑlatis qui ſunt in ꝑmo loco· Vnde euãgeliũ eſt in quibuſdaȝ eccleſijs· Sup cathedrã moyſi ⁊c̄ Introit⁹ vero qui ſumitur eccliaſtici· xxxij ·c· icipit Da pacem dñe ſuſtinētib⁹ te vt ꝓphete tui· i· ꝑlati fideles inueniãẗ· ſupplendũ eſt· non infideles· ſicut ſcribe ⁊ phariſei· Verſus eſt · Letat⁹ ſum ī hijs que dicta ſunt michi ·i domũ dñi ibim⁹ · i· ibimus ad nupcias· ⁊ de hoc letatus ſum quia īuitati ſumus ad nupcias· in quib⁹ erit et̄na pax In alijs vero eccl̃ijs verſus eſt. Donũ eſt Preterea ſcripſerũt quidē· qď ideo diciẗ iſte introitus· quia tali die zacharias papa fecit pacem cum longebardis In epl̃a apoſtol⁹ agit grãcias de epheſꝫis· quia habēt fidē verã ď iſtis nupcijs dicens· Gracias ago ſemp deo meo ꝓ vob̄ ⁊c̄· ꝑma ad coꝝ· i· c· In reſponſoꝛio vero Letatus ſum ⁊c̄· oſtendit gaudiũ ď ꝑdictis nupcijs· et ideo ꝓpter ꝑdictas nupcias in· Alleluia

Laudate dominum omnes gentes hortatur ad
laudem. Euangeliū in quibuſdā eccliis. Ac
ceſſerunt ad ihm. qd eſt math. xxii. c. de ſcribis
et phariſeis qui infideles fuerūt. Unde temp-
tauerūt dnm dicentes. Quod eſt mandatū ma
gnū ⁊c. Dixit dns. Diliges dnm deum tuū ⁊c. et
poſtea reprehendit eos de infidelitate. qꝛ nō cre
debant ipm deū eſſe dicens. Quid vobis videt
de xpo cuius filius ſit. dicunt ei. dauid. et dixit
eis. Quomō ḡ dauid in ſpū vocat eum dnm di-
cens. Dixit dns dno meo ſe. a dex. meis ⁊c. Pre-
lati non dnt eſſe tales. i. infideles. ſed ſicut moy
ſes dē q̄ habet̄ in offertorio. Sanctificauit moy
ſes altare dno ⁊c. debēt prelati offerre ſe totos
incenſum. et poſtea multas hoſtias vnd ſequit̄
poſtcōmunio. Tollite hoſtias. loquitur enim dē
prelatis.

De dominica. xix. Rubrica.

Hec decimanona dnica reſpondet pce
denti in qua dictum eſt. Da pacē dne
ſuſtinentibus te ut ꝓphete tui. i. pla-
ti fideles inueniant̄. Reſpondet inqm. Si faci-
ant qd habet̄ in euāgelio qd legit̄ in hac dni-
ca in quibuſdā eccleſiis ſcʒ. Aſcēdēs ihs ⁊c. qd
eſt math. ix. c. in quo habet̄ ꝙ adduxerunt ad
dnm paliticum. Ihs aūt videns fidem illoꝝ q̄
offerebant ⁊c. Paralitici ſūt qui in deliciis car
nis ſunt. qui ita diſſoluti ſūt ꝙ nō poſſunt opa
bona facere et merito fidei platoꝝ ſanāt̄. et iō
bonum eſt hre bonos platos. Quidā aūt dē ſcri-
bis dixit intra ſe. Hic blaſphemat. qui peccat di
mittit. Ihs aūt videns cogitacōnes eoꝝ dixit.
ut ſciant ꝙ filius hominis habet ptatem in terra
dimittendi peccata. dixit palitico. Tolle ḡba-
tum tuū et ambula. Et quia ſolus deus ē qui
ſanat paliſim. ideo incipit introitus. Salꝰ po-
puli ego ſum ⁊c. Verſus eſt. Attendite popu-
le meus legē meā ſubaudi p quā ſanant̄ paliti
ci. In eplā monet apſus paliticos ut erigan-
tur corpaliter a paliſi ad bona opa dicens. Re
nouamini in ſpū mentis veſtre. ⁊ induite nouū ho
minem ⁊c. eph. iiii. c. Sequit̄ eciā ḡduale in
voce paliſici. Dirigat̄ oracō mea ſicut incenſū
⁊c. Verſus eſt. Eleuacō manuū meaꝝ ⁊c. iā iſte
leuatur ad bona opa. Alleluia vero dicitur in
voce paralitici ſanati. ſcʒ. Dextera dni fecit vir-
tutem. ſubaudi quia ſanauit me. Sed quia non
ſufficit ſanare niſi quia dns cuſtodiat. Seq-
tur offertorium. Si ambulauero in medio tribu
lacionis. vbicunqʒ em̄ ambulant ſanati a dno. q̄
cuſtodit eos quantum in ſe eſt.

De dominica viceſima. Rubrica.

In dnica viceſima incipit eccla leges-
re duodecim ꝓphetas. ⁊ danielē. ⁊ cā
tat de yſaia daniele et hieremia. ñ tñ
legit de yſaia et hieremia. qꝛ in aliis tempibuſ
plenius legunt̄. De yſaia enim legitur in aduē
tu. de hieremia in paſſione. Queritur aūt q̄-
re legit eccla ꝓphetas poſt librū machabeoꝝ
cum in biblia ꝑponant̄. Ad qd dicimus ꝙ biblia

preponit omnes libros exemplares. eo ꝙ ma-
gis mouent exēpla q̄m doctrina pter libꝝ ma
chabeoꝝ quē vltimo ponit. et ꝓpt̄ pfectā iuſti
ciam et ꝓpter tempus. quia vltimo tpe fuerunt
Eccleſia eciam legit vltimo libꝝ ezechiel. qꝛ in
eo agitur de templo celeſti in quo eſt conſuma
cio et finis omniū. Duodecim vero ꝓphetas le-
git ꝓpter fundamentū fidei. qd ſemp neceſſari-
um eſt q̄ntūcunqʒ homo ſit pfectus. et vide qd
dictum eſt ſub dnica decima quinta. Incipit
ḡ eccla legere ezechielē in pncipio nouembs.
In matutinali huius dnice officō. pmum reſpō
ſorium eſt in quibuſdā eccleſiis de yſaia ſcilicʒ
Vidi dnm ſedentem ſup ſolium excelſū. Vidit
em̄ yſaias quomodo thronū dei angeli ſunt. et
ſancti in eccleſia triumphāte et militāte. in q̄-
bus p grām ſedet ille qui eſt pmuſ ⁊ nouiſſimꝰ
Quia ergo ezechiel vidit templū celeſte in q̄
ſiunt nupcie eterne. ideo in euangelio miſſe qd
in quibuſdam eccleſiis in hac dnica dicitur. et
eſt math. xxii. c. habet̄ de illis nupciis Sile eſt
regnū celoꝝ homi regi q̄ fecit nupcias. et miſit ſ
uos ſuos ſcʒ hora cene dicē inuitatis ut venirēt
qꝛ oia pata ſūt. venite ad nupcias. Illi vero ꝯ
tempſerunt venire ad nupcias. Hii ſūt iudei. q̄
contempſerūt venire. et miſit tunc ſeruos ſuos
dicens. Ite ad exitus viarum et uocate omnes
et implete ſūt nupcie diſcumbēciū. Et vidit rex
quendā non habentē veſtem nupcialē. et dixit
ei. Amice quomō huc intraſti. non habēs veſtē
nupcialē. et tradidit eum miniſtris ſuis ut ꝓice
rent eum in tenebras exteriores Huic aūt iu
dicio quo dns eos q̄ ꝯtempſerūt venire ad nup
cias amouit a nupciis. et alios omnes vocauit.
congaudet eccla in introitu dicens. Omnia q̄ fe
ciſti nobis dne. in vero iudicō feciſti. In epi-
ſtola vero monet apoſtolus ut caute ambulemꝰ
ad has nupcias. qꝛ ſine veſte nupciali ꝓicimur
in tenebras exteriores dicens. Videte aūt quo
modo caute ambulemꝰ ⁊c. q̄ eſt eph. v. c. et diſ-
ſuadet a contrario dicēs. Et nolite inebriari vi-
no. in q̄ eſt luxuria. ne ſitis in nupciis dyaboli. ſʒ
impleamini ſpū ſancto. Sʒ qꝛ cibum illaꝝ nup
ciarum non poteſt dare niſi ſolus deus. ideo ſe-
quitur in reſpōſorio. Oculi omniū in te ſperāt
dne. et tu das eſcam illoꝝ. i. cibum nupciarum
eternarum. in tempore optuno. Et qꝛ dē nup
ciis illis non poteſt comedere qui ē in peccato
mortali Sequitur in quibuſdā eccleſiis. alla
De ꝓfundis. i. de peccato clamaui ad te dne ut
me eruas de peccato. et ita peto nupciis intēē
In offertorio vero oſtendit̄. quid ſit intēē nup
ciis ſcʒ hre memoriā de eternis dicēs. Sup flu
mina babilonis. ſcʒ delicias ſeculi. illic ſedimus
et fleuimus dum recordaremur tui ſyon. i. tui o
eccleſia triumphās. In poſtcōmunione vero
petit ut detur ei inēēſſe nupciis illis dicēs. Me
mento verbi tui ſeruo tuo. in quo mihi ſpē de
diſti ⁊c. q. d. memor eſto quia ꝓmiſiſti. Qui em̄
ꝓmittit et non dat. videt̄ eſſe oblitus. Et nota

ꝙ tres nupcie legun̄tur in euāgelio · De p̄mis dicit̄ · ꝙ ſimile eſt regnū celoꝝ homi regi · qui fec̄ nupcias filio ſuo Hic fili⁹ ē xp̄s q̄ hūanā naturā ſibi copulauit vbi fuit thalam⁹ virginis Vnde tanquā ſponſus ꝓcedens d̄ thalamo ſuo ad nupcias homīes ſub lege p ꝓphetas inuitauit · De ſc̄dis dicit̄ · Voſ ſimiles hominibus expectantib₃ dn̄m ſuū quādo reuertat̄ a nupcijs · h̄ eſt dn̄s xp̄us et verus homo qui aſcendens angelicā naturam ſibi copulauit ad has nupcias gentes p aplo̅s ꝯuocauit · De tercijs vero dicitur · Vgines que ꝑparate erāt · intrauerūt cū eo ad nupcias · Hic ſponſus eſt xp̄us q̄ eccleſiā p⁹ iudicium ſibi copulabit · et in thalamo glorificabit · ad has p p̄latos eccl'ie quotidie inuitamur · De p̄mis ſolēniſat eccl'ia in xp̄i natiuitate De ſecundis in aſcenſione · De tercijs in reſurrectione · quoniā in noſtra reſurrectione xp̄s ſpōſam aſſumet et de babilonia mūdi introducet in cellarium padiſi · De quibus nupcijs h̄ e̅ſt intelligi · Cum eni̅ intraſſet homo non habens veſtē nupcialem · eiectus eſt in tenebras exteriores · ceteri nupcialit̄ fūt induti cū dn̄o epulari · Hij ſūt lapides viui ex quibus edificant̄ muri hieruſalem · Poteſt eciā aliter dici · ꝙ poſt reuerſionem a captiuitate hieruſalem reedificat̄ · et templum reſtaurat̄ p zachariam · et p aggeum eſdram et malachiā p quos aduentus dn̄i prenunciat̄ · Ideoq₃ in hoc menſe nouēbris vſq₃ ad aduentū dn̄i cantat̄ hyſtoria de ꝓphetis · Vidi dn̄m · et legunt̄ libri ezechielis · danielis · et · xij ꝓphetarum · Captiuitas illa corpalis · noſtram ſpūale₃ ſignificat a captiuitate · reuerſio ē peccatoꝝ remiſſio · Rex itaq₃ ꝓphetarum volens ſupernam hieruſalem reſtaurare filio nupcias celebrauit · Et ſicut legitur in euāgelio multos ad celeſte prandiū inuitauit · Hij qui intrauerūt ſūt lapides viui · de quibus p̄miſſu₃ ē · Ne igitur ad captiuitatem ſimilem reuertamur · et a nupcijs excludamur · monet nos paulus in epl'a p̄cedenti · Videte quō caute ambuletis non quaſi inſipientes · ſed ut ſapientes · Introitus · Omnia q̄ feciſti · vox eſt danielis captiuitatē p̄teritā recolentis · et eam ſuis meritis dei iudicō aſcribētis · Similiter in offertorio · Sup flumia babilonis captiuitatē illam ploram⁹ · Sz in graduali · Oculi omniū · gr̄as agimus · In poſtcōmunione · Memto verbi · poſtulam⁹ ut nupcias ꝓmiſſas in ſpe · pcipiamus in re ·

De dn̄ica · xxi · Rubrica ·

In p̄cedenti dn̄ica inſtructi ſum⁹ et ammoniti ut caute eam⁹ ad nupcias que celebrāt̄ in tēplo q₂ deſcp̄ſit ezech · Sed quia de his nupcijs maxime inuidet nobiſ dyabolus · ꝓ eo ꝙ de illis eiectus fuit · ideo in hac · xxi · dn̄ica agit eccleſia de bello ꝯtra dyabolum et de armatura noſtra cōtra eu₃ · Si enim pugnauerim⁹ int̄erim⁹ eternis nupcijſ · Si tam̄ habuerimus veſtē nupcialē · que eſt caritaſ · aliter non · Vnde quia cinis et ciliciū ſunt arma penitencie · Ideo in introitu vti̅t eccl'ia voce mardochei in cilicio et cinē exiſtentis · dicens de eo · In voluntate tua dn̄e vniuerſa ſūt poſita · et nō eſt qui reſiſtat voluntati tue · heſter · iij · c · ſequitur · Quoniā dn̄s vniuerſoꝝ tu es · et iō beati q̄ tibi ſeruiunt · q₂ tu liberas eos de manu dyaboli et adiuuas eos in bello ꝯtra dyabolum ſicut in hac oracione liberaſti mardocheum de manu naamā · et ſuſpenſus eſt in patibulo · qđ pauerat mardocheo In epiſtola mon₃ apoſtol⁹ armari ꝯtra dyabolum armatura dei dicens · Confortamini in dn̄o et in potencia virtutis eius ꝛc̄ · q̄ eſt ad eph̄ · vi · c · et poſt · Quoniā non eſt nobis colluctacō aduerſus carnē et ſanguinem · ſ₃ aduſus ſpūalia nequicie in celeſtib₃ in omnib₃ ſumentes ſcutum fidei ꝛc̄ · Sz quia eciā bene armati n̄ pn̄t per ſe reſiſtere niſi deus adiuuet · Sequit̄ reſponſorium · Dn̄e refugium factus es nob̄ ꝛc̄ quia ſi laſſamur vel ſauciamur in h̄ bello non eſt refugiū niſi ad ip̄m · Vn̄ ſequit̄ in quibuſdā eccleſijs alleluia · Lauda anima mea dn̄m · Quia vo ſauciati in hoc bello nō ſanant̄ niſi a dn̄o · et inſti ab eo ſanant̄ · ideo in quibuſdā eccl'ijs ſequit̄ euangeliū de ſanacione filij reguli · Erat quidā regulus cuius fili⁹ infirmabat̄ ꝛc̄ · qđ eſt joh̄ · iij · c · Per iſtum regulū intelligunt̄ reges ſcilicet p̄lati · qui reges ſunt et dn̄t eſſe humiles · et ita ſunt reguli · vnde exaudiunt̄ · licet habeant puam fidem ꝓ ſanacōne filioꝝ · Credebat enim iſte regulus · ꝙ dn̄s poterat ſanare filiū ſuū · ſ₃ non credebat ꝙ eſſet deus · q₂ credebat ꝙ non poſſet ſanare n̄ pn̄s · Humilitas ḡ valde neceſſaria eſt p̄latis · Quia vero p paciencia₃ maxie vincitur dyabolus · ꝑponitur in offertorio · job in exemplū · Vnde in ſapia · Melior eſt paciens viro forti · et qui dn̄at̄ animo ſuo expugnatore vrbium · et incipit · Vir erat in terra noīe job ꝛc̄ · In verſibus autē huius offertorij fit ſepe verborum repeticō · De quo dictum eſt ſub dn̄ica ſecunda poſt octauā eph̄ie · Sed quia nihil val₃ paciencia niſi homo ſperet in dn̄o · Sequit̄ p⁹ cōmunio · In ſalutaē tuū anima mea ſperauit ꝛc̄ · quia ſpes pacienciam operat̄

De dn̄ica · xxij · Rubrica ·

Dictum eſt ꝙ nullus poteſt int̄eſſe et̄ nis nupcijs niſi habeat veſtē nupcialem que eſt caritas · et ideo in hac viceſimaſecūda dn̄ica moneiñ et inuitamur ad habendam caritatē · non ut tantum benefaciamus ꝓximo · ſed eciam dimittam⁹ iniuriaſ nob̄ ab eo factas · Vnde in quibuſdā eccleſijs euāgeliū eſt de ſeruo qui debebat decem milia talēta · cū quo poſuit dn̄s rōnem · et ille dixit · Pacienciam habe in me et omnia reddā tibi · et miſertus dominus eius dimiſit ei ꝛc̄ · et incipit · Simile eſt regnum celoꝝ homini regi · qui voluit rōnem ponere cum ſeruis ſuis · qđ eſt math̄ · xviij · c · Siquidem in die iudicij ponet dn̄s rōnem nobiſcum et nullus poterit ꝯputare cum eo · q₂ de tp̄e quō reddet homo rōnem qđ tā bonū eſt ꝙ in q̄lib₃

momento eius poteſt homo fieri filiꝰ dei· Et idͦ
incipit introitus· Si iniquitates obſeruaueris
d·d·q·ſ·q·d· nullus et hoc eſt· Paciencia̅ habe
in me ꝛc̄· et ſequitur v̄ſus· De pꝛofu̅dis clamaui
ad te dn̄e ꝛc̄· In epiſtola· Confidimus ꝛc̄· ad
philip· c·i· Inuitat nos apoſtolus ad ꝑfecta̅
caritatem ut dimittamus fratri ut deus dimit=
tat nobis· quia ſic habet̄ in fine euangelij· Sic
et pater meus celeſtis faciet vobis· ſi non remi
ſeritis vnuſquiſq̄ʒ fratri ſuo de cordibus veſtriſ
Dicit igitur apoſtolus i epl̄a· Fratres ꝯfidimꝰ
id eſt ꝯfidencia̅ talem habemꝰ· Et poſtea ſeq̄=
tur· Obſecro au̅t vos ut caritas veſtra magis
ac magis habundet· ut ſitis ſinceres· et ſitis ſine
offenſa· et tunc eſt vnitas in eccleſia qn̄ non of
fendimus ꝓpter iniurias ſed dimittimus· Vnde
ſequit̄ rn̄ſoriu̅· Ecce qua̅ bonu̅ et qua̅ iocundu̅
habitare fratres in vnu̅· Sed quonia̅ illos q̄
iraſcunt̄· fuat dn̄s ꝑ caritate̅ dum penitent· idͦ
ſequitur Alleluia· Qui ſanat contritos corde et
al· con· eorum· In ꝑmiſſo vero euangelio mo
nemur ad ꝑfectam caritatem· ut caute ambule
mus ad nupcias cum veſte nupciali· Et quia ꝑ=
fecta caritas non tantu̅ impendit beneficia ⁊ di
mittit iniurias· ſed eciam orat ꝓ inimicis· idͦ ſe
quitur in offertorio oraco̅ heſter ad aſſueru̅ re
gem· q̄ interp̄tatur beatitudo· i· ad xp̄m· et in=
cipit· Recordare dn̄e ꝛc̄· heſter· xiiij· c· in q̄ of
fertorio rogat ꝓ reconciliaco̅ne peccatoꝝ· Et
qꝛ de hac recōciliaco̅ne gaude̅t angeli· Sequi
tur i quibuſda̅ eccleſijs poſtco̅munio· Dico vo
bis ꝛc̄· luce· xv· c·

De dominica· xxiij· Rubrica·

In tribus dn̄icis vltimis ſcʒ· xxiij· xxiiij
et· xxv· eſt idem officiu̅· et in eis oſte̅
dit eccleſia ſe habere veſte̅ nupcialeʒ
id eſt caritatem· quia orat ꝓ iudeis ut ꝯuerta̅=
tur q̄d fiet in fine mu̅di qn̄ venia̅t ad fideʒ nr̄am
q̄d figuratu̅ eſt in ioſeph· qui noluit lo̅go tp̄e
ſe manifeſtare fratribus ſuis· Poſtea v̄o ad vl=
timu̅ ſe manifeſtauit eis et pecieru̅t veniam ab
eo et dixit eis· Nolite timere ego paſcaʒ vos· et
inebriatus eſt cuʒ eis· que inebriaco̅ ſignificat
leticiam omnium in illa co̅uerſion e iudeorum·
Hoc aute̅ erit in fine ꝑegrinaco̅nis noſtre· et
ideo de hm̄oi ꝯuerſione agit̄ in fine tp̄is ꝑeg=
inaco̅nis· In quatuor em̄ partes diuiſum ē tem
pus anni· ꝓut dictum eſt in ꝓhemio huius ꝑtiſ
et ꝑ has tres dn̄icas agitur de hac ꝯuerſione
quia ad fidem trinitatis ꝯuertent̄· In hac g̅
· xxiij· dn̄ica introitus eſt de ꝯuerſione iudeoru̅
a ꝓmiſſione dn̄i· Ip̄e nanq̄ʒ dic̄ ꝑ hiere· xxix· c·
Ego cogito cogitaco̅nes pacis· et n̄ afflicto̅is
quia ad hoc tendunt mala que vobis infero ut
reconciliem vos mihi· Et nota q̄ tp̄e henrici
· iij· imꝑatoris· Bruno tulienſ epiſcopus· q̄ de
multis ſanctis cantus ꝯpoſuit· factus pap̄ per
henricum· iij· imꝑatorem et vocatus Leo· x· duʒ
romam ꝓ papatu veniret· audiuit voces anglͦ
rum canenciu̅ et dicenciuʒ· Dicit dominus· Ego
cogito cogitaco̅es pacis· Ip̄ſe vero cogitans
q̄ non habereʒ canonicu̅ ingreſſum renunciauit
et iterum a romanis papa eligit̄· et vitam cum
multis miraculis finiuit· In graduali vero a
git dauid gracias de ſua liberaco̅e a captiuita=
te ſp̄uali et corꝑali dicens· Liberaſti nos ex af=
fligentibus nos ꝛc̄· In v̄ſu vero promittit
laudem bonorum operu̅ dicens· In deo lauda=
bim̄ tota die ꝛc̄· Et qꝛ ſolus dn̄s ē qui ſanat· idͦ
in quibuſda̅ eccleſijs ſequit̄· All̄a· Qui ſanat co̅
tritos corde· In offertorio vero petit venia̅·
ſicut fratres ioſeph dicens· De pꝛofu̅dis clama
ui ad te dn̄e ꝛc̄· Et quia ioſeph · i· xp̄us rn̄dit·
Nolite timere ego paſcam vos · ideo quia ita li
beralis eſt dn̄s et ita cito dimittit· Seq̄tur
poſtco̅munio· Amen dico vobis· quicquid ora̅
tes petitis credite quia accipietis et fiet vobis
math· xviij· c· Quia vero non intrabunt ad nup
cias niſi qui habebu̅t ſimilitudine̅ dei· idͦ in eua̅
gelio· Abeuntes ꝛc̄· math· xxij· c· q̄d legit̄ in q̄
buſdam eccleſijs ꝫ· Reddite ḡ que ſunt ceſaris
ceſari· et que dei deo ſcʒ ymagine̅ ſua̅ ſimilitu=
dine ſua inſignita̅· qꝛ om̄ia ad ſibi ſimilia ꝯuer
tunt̄· In epl̄a q̄ʒ· Fr̄es imitatores ꝛc̄· ad phi=
lip· iij· c· monet nos apoſtolus ut reddamꝰ deo
ymaginem ſuam· et poſt ſequitur· Conuerſaco̅
nr̄a in celis eſt· q· d· in hoc debetis me imitari·
non illos quoꝝ venter deus ē· qui ſunt inimici
crucis xp̄i· Imitamur au̅t deum et apoſtoluʒ
in humilitate manſuetudine caritate et ſancti=
monia· et poſt Saluatore̅ expectamꝰ dn̄m ih̄m
xp̄m· qui reformauit corpꝰ humilitatis noſtre
configuratum corpꝛi claritatis ſue· Si enim ha
buerimus ſimilitudine̅ dei in animabus noſtriſ
in futuro non habebimus illam ſimilitudineʒ in
animabus tantu̅· ſed eciam in corꝑibus· qꝛ ut
dicit apoſtolus· Similes erimus xp̄o·

De dn̄ica· xxiiij· Rubrica·

In viceſima quarta dn̄ica ſimiliter agi
tur de vocaco̅ne et ꝯuerſione iudeo=
rum· vn̄ incipit in quibuſda̅ eccleſijs
eua̅geliu̅ math· ix· c· Loque̅te ih̄u ad turbas·
ecce p̄nceps archiſinagogꝰ venit ad eu̅ et dixit
ei· Filia mea defu̅cta eſt· ſʒ veni ⁊ impone manu̅
tuam ſup eam et viuet· Dum au̅t iret poſt eum
ecce mulier emoroiſſa dicebat· Si tetigero fim
briam veſtimenti eius ſalua ero· et ſanata eſt a
domino· poſtea reſuſcitauit dn̄s filiaʒ archiſina
gogi· Allegorice· archiſinagogus iſte ſigni=
cat moyſe̅ vel alique̅ de ꝓphetis vl̄ ecia̅ apl̄is· q̄
rogauit dn̄m ꝓ ſinagoga· et dn̄s vadit ut ſanʒ
eam· quia non ceſſat corrigere· ut ſanet ipſos
iudeos ꝑ varias tribulaciones et ſ̄uitutes· Sʒ
eoꝝ ſanitas fiet in fine mundi· Mulier vero pa
ciens fluxum ſanguinis eſt gentilitas que dixit
Si tetigero fimbria̅ veſtime̅ti eius· i· ſi minima
p̄cepta ſeruauero ſalua ero· Per fluxu̅ ſang̅nis
peccatum intelligit̄· poſtea vero ſaluabit̄ ſina=
goga· q̄d ſignificat̄ ꝑ filia̅ yairi· poſtmodu̅ ſu=
ſcitata· Item ꝑ yairum· qui interp̄tat̄ illumina̅s

ſiue illuminatus· intelligunt̃ p̃lati · Prelatus enim illuminatus a dño alios illuminat · et talis debet orare ꝓ ſubditis ſuis ſicut iſte ꝓ filia ſua Sicut et orat apoſtolus in epl̃a huius dñice q̃ eſt ad coloceñ· i· c· Non ceſſamus inquit fratres orantes ꝓ vobis. In quibuſdã tamẽ eccleſijs dicit̃ hac die euangeliũ· Cum videritis abhominacionem· math· xxiiij· c· Et attende q̃ hec dñica ꝓprium cantuale non habet officiũ· quia eni͂ vexabatur eccl̃ia pſecucõibus antixp̃i· iõ ſua continet organa · vel ideo quia p̃cedens offm̃ huic euangelio rectiſſime coaptat̃ vel q2 hẽ dñica ſepius ſuꝑhabũdat · idẽco ꝓpo vacat officio·

De dñica· xxv· Rubrica·

Vicesimaquinta dñica agit̃ d' illũiacione iudeoꝝ· Vnde dicit̃ in q̃buſdã eccleſijs in epl̃a que eſt de hiere· xxiij· c· Ecce dies veniunt dicit dñs· et ſuſcitabo dauid germen iuſtum ⁊c̃· Et poſtea ſequit̃ · In diebus illis ſaluabitur iuda et poſt· non dicemus amplius viuit dñs q̃ eduxit filios iſrahel de terra aq̃lonis et de cunctis terris· in quibus ꝓieceram eos· in quibꝫ v'bis p̃cedens cantuale offm̃ concordat· Nam in introitu dicit dñs Ego cogito ⁊c̃· dicit̃· Et reducã captiuitatẽ veſtraꝫ de cunctis locis· Soluti g̃ illa qua nunc tenent̃ captiuitate· in graduali· Liberaſti nos graciarum referunt actionem· Offerenda · De ꝓfundis· ad huc porrigunt oracõnem· qui ſue peticõnis in poſtcõmunione· Amẽ dico vobis recipiũt ſanctificacõneꝫ· Euãgeliũ vero eſt de reſurreccione quã fecit joſeph de fratribꝫ ſuis · qñ recepit eos ad cuiuam· videns ihus q2 multitudo maxima venit ad eum ⁊c̃· Quinq3 panes ſunt ſpũalis intelligencia q̃nq3 libroꝝ quos modo hñt nec eis poſſunt ſaciari· quia eos frãgendo per ſpũalem intelligenciã non mãducãt ſꝫ tunc eos dñs ſaturabit· duo vero piſces ſunt p̃s· et euãgelium· Tunc eni͂ reficiet eos dñs intelligẽcia legis· et pſalmoꝝ euangelij · In quibuſdã tamẽ eccleſijs dicit̃ euangelium· Cum ſubleuaſſet ihs oculos· johis· vi· c· Rurſus in hac vltia dñica ceteras concludente recte ponit̃ offm̃ q̃ ad vtrũq3 dñi ꝑtinẽ poſſit aduentũ· ut dcm̃ hieremie ꝓphetticũ· Ecce dies veniunt· et ſuſcitabo ⁊c̃· Ecce p̃mus aduentus· In diebꝫ illis ſaluabitur iuda· ecce ſecũdus · Sed in euangelio recte agitur de quinq3 panibus q2 poſt quinq3 milia annoꝝ datus eſt nobis· In p̃mo aduẽtu panis angelorum· Ab hinc eciã q̃nq3 dñice ↄputant̃ vſq3 ad illum diem in quo panis ortus in preſepio p̃dicabitur· Quidam tamen hanc epl̃am et hoc euangeliũ ponũt cum offõ trinitatis · Infra ebdomadã vero fit ſicut in ceteris feriatis ↄ ↄgrue circa feſtũ beati andree· hoc euãgeliuꝫ legitur· quoniã in eo de ipſo mencõ ↄtinetur· Quedaꝫ eccleſie faciũt in hac dñica feſtũ de trinitate· Alij vero in octaua penthecoſtes · vbi ꝯ hoc dictum eſt·

De lectionibus nocturnalium·

Illud poſtremo notãdũ eſt q̃ nocturnales lectõnes a p̃ma dñica p9 pen· vſq3 ad aduentum dñi quidã ñ in ſubtiliter referunt ad illam tp̃is ſeriẽ q̃ fuit a dauid vſq3 ad aduentũ dñi · Sed et ad illam ↄgrue referri poſſunt· que a p̃mitia cepit eccleſia· Sicut enim ſauli ſucceſſit dauid · Vnd' p̃mo legit̃ de p̃mis libris regum· ſic demonum cultui· cultus vnius dei· et ſicut regnũ dauid p roboam et hieroboã in ſciſſuras diuiditur· ut legitur in libris ſequẽtibꝫ· ſic eccleſiã ſcindit hẽticorum inſania· deinde ſequunt̃ libri ſalomõis quia poſt pugnas hereticoꝝ claruerũt in eccleſia ſanctoꝝ doctorum ingenia · Poſtmod' ſequit̃ liber job · vbi agitur de pſecucõibꝫ et cõſolacõibus eius· q2 quãtumuis in pace floreat eccl̃ia· temptacõnes tñ non deſũt ſpũaliũ aduerſariorum quorũ quãto eſt occulcior pugna tanto difficilior eſt· ſed glorioſior erit acq̃ſita victoria· Rurſus illd' q̃ꝫ adiciendũ eſt · q̃ ſingulos menſes p̃teritis poſſumus adaptare tp̃ibus· Nam p ianuariũ in quo nouus annus incohatur· tempus a diluuio intelligit̃· vbi mundus renouatur · Per februariũ in quo allã deponit̃· Illud tempus innuit̃ in quo vniuerſitas linguarum confundit̃ · Per marciuꝫ in quo q̃drageſima ſepius celebrat̃ Illud tempus accipit̃ in q̃ dei popul9 in egipto affligit̃ · Per apprileꝫ vbi paſca celebrat̃ vel obſeruat̃ illud temp9 oſtenditur· in quo populus a pharaone liberat̃· Per maium· in quo de penth· ſolẽniſatur illud tp̃s recolit̃· in quo populus in terra ꝓmiſſionis g̃tulabatur· Iunius et julius in quibus hyſtoria regum legitur· regnũ ſaulis et dauid ↄmemorãt· Auguſtus in q̃ liber ſapiẽcie recitat̃· regnum ſapiẽtis ſalomonis inſinuat· Reliq̃ quatuor menſes· regna principalia notant · Babilonicum q8 eſt in oriente· Perſarum quod eſt in meridie· Grecoruꝫ quod eſt in aquilone· Romanorum quod eſt in occidẽte · Igitur hyſtoria job que legitur in ſeptembri per duas ebdomadas regnum exprimit orientis· Vnde ibi dicit̃· Erat vir ille magnus inter omnes oriẽtales· et legitur per duas ebdomadas · quia regnũ illd' durauit per duas annuales ebdomadas · i· per bis ſeptingentos annos· Tot enim anni inueniuntur a tempore nini· a quo regnum babilonie incepit vſq3 ad cirum regem perſarum in q̃ defecit· In reliqua parte ſeptembris· regnum pſarum innuitur quo circa due hyſtorie legunt̃ eo q̃ nũc de perſis· nunc d' medis reges aſſumebant̃· hyſtoria machabeoꝝ que legit̃ in octobri grecoꝝ ſignificat regnum ſub quibus machabei fuerunt afflicti· Per nouembrem et decembrẽ in quibꝫ ꝓphecie legunt̃ regnum romanorum· in quo xp̃i religio viget accipit̃ · Prophecie maxime de xp̃o loquunt̃ cuius natiuitas eſt in fine anni· ſic regnum romanorum in fine mundi·